

Bartolomæus Merula generoso adolescenti Francisco Georgii cornelii equitis &
Decemviri clarissimi filio salutem.



Vum in amœnissimis hortis tuis deambularem: essentq; ante oculos uariarum animalium effigies in topiario opere artificii manu expolitæ: forte nauem turritam cõspeximus. Inde primũ sermo a nobis de nauali plio est habitus. Tum de imperatoria uirtute ultro citroq; multa uerba fecimus. Alexandrũq; illum macedonẽ: qui rerum gestarũ gloria magni cognomen sibi uendicauit: iudicio Hannibalis ducibus cunctis p̄ferendũ arbitrati sumus. Siquidẽ in eo fuisse collegimus quattuor illa: quæ in cõsumatissimo imperatore nõ desiderari scripsere eloquentissimi uiri: scientiã scilicet rei militaris: uirtutem auctoritatẽ: ac fœlicitatẽ. Quũq; eius res gestas a. Q. Curtio elegantissime cõscriptas tibi breuiter exposuissẽ: exarsisti incredibili quadã cupidine legendi luculentissimi scriptoris historiã. Cæterũ quoniã in eo loca multa deprauata offenderas: iniũxisti tu mihi: ut opus totũ recognoscerem: ac diligenter emendarẽ. Quod eo libentius feci: q; tibi ille est non modo uoluptatem: sed etiã doctrinã allaturus non mediocrẽ. Est. n. Q. Curtius in scribendo acutus: uehemens: candidus: ac perq; eloquens. In concionibus. n. quas crebro reperies: q̄tum ille ingenio & eloquentia ualuerit: facile cognosces. Itaq; collato uetere exemplari: multis et locis nostro Marte castigatis: collocatis etiã in marginibus: quæ in historia diffusius scripta sunt: quo facilius posses ad id qd̄ cuperes q̄primũ (ut aiunt) digitum intẽdere: uoluntati tuæ morẽ gessimus. Habebunt tua causa Alexandri rerũ studiosi librum q̄ emendatissimũ. Tuũ fuerit opus totum perlegere: & p̄cellentissimi regis gesta percẽlere: uirtutesq; eius imitari. Vitia uero quæ in eo imperatore plurima fuisse cognosces: nõ solũ damnes: sed et fugias uelim. Vale: & nos ama. Venetiis. M. cccc. Lxxxiiii. Tertio nonas Iulias.

Q. CVRTII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS.



INTER Hæc Alexāder ad conducendum ex peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso: lyciæ Pamphiliæq; rebus compositis: ad urbem Celenas exercitum admouit. Media illa tēpestate mœnia interfluebat Marsia amnis fabulosis græcorum carminibus inclitus fons eius ex summo montis cacumine excurrens in subiectam petrā magno strepitu aquarum cadit. Inde diffusus circuniecctos rigat cā-

Celenæ
ci.

Marsia
flu.

pos: liquidus & suas duntaxat undas trahens. Itaq; color eius placido mari similis lo- cum poetarum mendacio fecit: quippe traditum est: nymphas amore amnis retentas in illa rupe considerare. Cæterum quamdiu intra muros fluit: nomen suum retinet. At cum extra munimenta se euoluit: maiore uia ac mole agentem undas: lycum appellat.

Lycus
flu.

Alexander quidem urbem destitutam a suis intrat. Arcem uero: in quam confugerāt oppugnare aduersus Caduceatorem premisit: qui denunciaret: ni dederent: ipsos ultima esse passuros. Illi caduceatorem in turrim & situ & opere multum æditam perdu- ctum: quanta esset altitudo intueri iubent: ac nunciare Alexandro non eadem ipsum & incolas extimatione munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse: ad ultimū pro- fide morituros. Cæterum ut circumsideri arcem & omnia sibi in dies arctiora uiderūt esse: sexaginta dierum inducias pacti: ut nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset: dederent urbem: Posteaq; nihil inde præsidii mittebatur ad præstitutam diem: permi- sere se regi. Superueniunt deinde legati Atheniensium petentes: ut capti apud grani-

cum amnem redderentur sibi. Ille nō hos modo: sed etiā cæteros græcos restitui suis iussurum respondit: finito persico bello. Cæterum Dario imminēs de Alexandro cura erat: quem nondum Euphratem superasse cognouerat. Vndiq; omnes copias con- trahit: totis uiribus tanti belli discrimen aditurus. Phrygia erat: per quam ducebatur exercitus: pluribus uicis quam urbibus frequens. Tunc habebat quondam nobilem Midæ Ciuitatem regiam: Gordium nomen est urbi: quam sangarius amnis iter fluit: pari interuallo pontico & cilico mari distātem. Inter hæc maria angustissimum Asiæ spatium esse comperimus: utroq; in arctas fauces compellente terram. Quæ quia cō-

Phrygia
Gordium
ci.

Sanga-
rius flu.

tinenti adhæret sed magna ex parte cingitur fluctibus: speciem insulæ præbet. Ac nisi tenue discrimen obiceret: maria quæ nunc diuidit: cōmitteret. Alexander urbe i suā dictionem redacta iouis templum intrat. Vehiculum quo Gordium patrem uectum esse constabat aspexit cultu haud sane a uilioribus uulgarisq; usibus abhorrens. Nota- bile erat uinculum astrictum compluribus nodis in semetiplos implicatis & celanti- bus nexus. Incolis deinde affirmantibus editam esse oraculo sortem. Asiæ potiturum qui inexplicabile uinculum soluisset. Cupido incessit animo sortis eius implēdæ. Cir- ca regem erat & phrygum turba & Macædonum. Illa explicatione suspēta: hæc sol- licita ex temeraria regis fiducia: quippe series uinculorum erat ita astricta: ut unde ne- xus inciperet: quoue seconderet: nec ratiōe nec usu percipi posset. Soluere aggressus iniecerat curam ei: ne inane uerteretur irritum inceptum. Ille nequaquam diu lucta- tus cum latentibus nodis: nihil inquit: interest quomodo soluantur: gladioq; ruptis omnibus loris oraculi sortem uel elusit: uel impleuit. Cum deinde Darium regē ubi- cūq; eēt: occupare statuisset ut a tergo tuta relinqueret. Amphoterum classi ad oram helle-

Vinculū
inexplica-
bile.

helleponti: copiis autem p̄fecit Egelogum lesbum & chyum cōmque præsidii ho-

helleponti: copiis autem p̄fecit Egelogum lesbum & chyum cōmque præsidii ho-

Hellepō-
tus.

stium liberaturos. His talenta ad belli usum quingenta tribuit. Ad Antiparum & eos qui græcas urbes tuebantur; sexcenta missa ex foedere; naues sociis imperat: quæ hellesponto præsideret. Nondum enim Memnonē uita excessisse cognouerat: in quem omnes intenderat curas; satis gnarus cuncta in expedito fore: si nihil ab eo moueret. Iamq; ad urbem Ancyram uentum erat ubi numero copiarum inito paphlagoniam intrat: huic iuncti erant Eneti. Vnde quidā Venetos trahere originem credunt: omnisq; hæc regio paruū regi: datisq; obsequiis tributum: quod ne persis quidem tulissent: pendere ne cogerentur: impetrauerūt. Chalas huic regioni præpositus est. Ipse assumptis: qui ex macedonia nuper aduenerant Cappadociā petiit. At Darius nūtiata Mēnonis morte: haud secus q̄ par erat motus ommissa omni alia spe statuit ipse decernere: quippe quæ per duces suos acta erant: cuncta damnabat: ratus pluribus curam: omnibus abfuisse fortunam. Igitur castris ad Babiloniam positis: quo maiore animo capesceret bellum: uniuersas uires in conspectum dedit & circumdato uallo: quod decem milium armatorū multitudinē caperet. Xerxis exēplo numerū copiarū iniit. Orto sole ad noctem agmina: sicut descripta erant: intrare uallum. Inde occupauerant emissa Messopotamiæ campos: equitum peditumq; propemodum innumerablem turba maiorem quam pro numero speciem gerens. Persarum erant centū milia: in quibus eques triginta milia implebat. Medi decem equitum quinquaginta milia peditum habebant. Bactrianorum equitum duo milia fuere. Armeni bipennibus leuibusq; scutis cetræ maximæ speciem reddentibus: peditum decem milia: parimatū sequebantur. Armeni quadraginta milia miserant peditū: additis septem milibus equitum. Hyrcani egregii ut inter illas gentes sex milia expleuerant equis militatura. Idem uicies quadraginta milia peditum armati erant pluribus hærebant ferro præfixæ hastæ. Quidam lignum igne durauerant: hos quoq; duo milia equitum ex eadem gente comitata sunt. A caspio mari octo milium pedester exercitus uenerat ducenti equites. Cum his erant ignobiles asiæ gentes duo milia peditum: equitū duplicem parauerant numerum: his copiis triginta milia græcorum mercede cōducta: egregiæ iuuentutis adiecta sunt. Nam Bactrianos: & Segodianos: & Indos cæterosq; rubri maris accolas ignota etiam ipsi gentium nomina festinatio prohibebat acciri. Nec quicquā illi minusquā multitudo militum defuit. Cuius uniuersæ aspectu admodum lætus purpuratis solita uanitate spem eius instantibus: conuersus ad Caudeum atheniensem belli peritum & ob exilium infestum Alexandro: quippe Athenis iubente eo fuerat expulsus percūctari cœpit satis ne ei uideretur instructus ad obterendum hostem. At ille & suæ sortis: & regiæ superbix oblitus. Verum inquit & tu forsā audire nolis: & ego nisi nunc dixerō: alias nequaquam confitebor: hic tantiparatus exercitus hæc tot gentium & totius orientis excita sedibus suis moles finitimis potest esse terribilis. Nitet purpura auroq; fulget armis & oppulentia: quantam qui oculis non subiacere animis concipere non possent. Sed macedonum acies toruallane & inculta clypeis hastisq; immobiles cuneos & conferta robora uirorū teget. Ipsi phalangē uocant peditum stabile agmen. Vir uiro: armis arma conferta sunt: ad nutum mouentis intenti: sequi signa ordines seruare didicere. Quod imperatur: omnes exau diunt: oblistere: circuire: discurrere: in cornu mutare pugnam: non duces magis quā milites callent. Et ne aurī argentiq; studio teneri putes. Adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit. Fatigatis humus cubile est. Cibus quem occupati parat:

fariat: tempora somni artiora quam noctis sunt. Iam thessali equites & Acharnanes Etholique inuicta bello manus fundis credo & hastis igne duratis repellentur: pari robore opus est. In illa terra: quæ hos genuit: auxilia quæreda sunt. Argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte. Erat Dario imite ac tractabile ingenium: nisi suam naturam plerumque fortuna corrumpere. Itaque ueritatis impatiens hospitem: ac supplicem tunc maxime utilia suadentem abstrahi iussit ad capitale supplicium. Ille ne tum quidem libertatis oblitus: habeo inquit, Paratum mortis meæ uitorem. Expetet pœnas mei consilii sprete ipse: contra quem tibi suasi. Tu quidem licentia regni subito mutatus: documētum eris posteris: homines cum se permiscere fortunæ: etiã naturam dediscere. Hæc uociferantem: quibus erat imperatum: iugulant. Sera deinde pœnitentia subit regē: ac uera dixisse confessus eū sepeliri iussit. Timodes erat Mentoris filius impiger iuuenis: cui præceptum est a rege: ut omnes peregrinos milites: in quibus plurimum habebat spei: a Farnaboro acciperet: opera eorū usurus in bello. Ipsi Farnaboro tradit imperium: quod ante Memnoni dederat: anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species iminentium rerum: siue illas ægritudo: siue diuinationo animi præsagientis accersit. Castra alexandri magno ignis fulgore collucere uisa sunt: & paulo post alexandrum adduci ad ipsum in eo uestis habitu. Quo ipse fuisset: cum appellatus esset rex. Equo deinde per babiloniam uectum: subito cum ipso equo oculis esse subductum. Ad hæc uates uaria interpretatione curam distraxerunt: alii lætum id regi somniū esse dicebant quod castra hostiū arsisent: quod alexandrum: deposita regia ueste: in persico & uulgari habitu productū eē uidissent. Quidam non ita augurabantur: quippe illustria macedonum castra uisa fulgorem alexandro protendere: quæ regnū asiæ occupare habuissent: haud ambigua rei quoniã in eodem habitu Darius fuisset: cum appellatus est rex. Vetera quoque omnia: ut fert sollicitudo: reuocauerant. Recensebant enim Darium in principio imperii uaginam a cinacis persicam iussisse mutari in eam formã: qua græci uterentur: protinusque Chaldaeos interpretatos: imperium persarum ad eos transiturum: quorum arma esset imitatus. Cæterum ipse & uatū responso: quod edebatur in uulgus: & specia: quæ per somnum oblata erat: admodum lætus. Castra ad Euphratē mouere iubet: patrio more persarum traditum est orto sole demum procedente die iam: illustri: signū e tabernaculo regis buccina dabatur. Super tabernaculum: unde ab omnibus conspici posset: imago solis crystallo inclusa fulgebat. Ordo autem agminis erat talis. Ignis quem ipsi sacrum & æternum uocabant: argenteis altaribus præferabatur. Magi proximi patrium carmen canebant. Magos trecenti & sexagintaquinque iuuenes sequebantur punicis amiculis uelati: diebus totius anni pares numero: quippe persis quoque in totidē dies descriptus est annus. Currum deinde Ioui sacratum albentes uehebāt equi: hos eximia magnitudinis equus: quem solis appellabant: sequebatur. Aureæ uirgæ: & albæ uestes regentes equos adornabant: haud proculerant uehicularum decem multo auro argenteoque calata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium uariis armis & moribus. Proximi ibant: quos persæ imortales uocant ad decem milia: cultus opulentia barbaræ non alios magis honestabat. Illi aureos torques: illi uestem auro distinctam habebant: manicataque tunicas gemis etiã adornatas. Exiguo interuallo: quos cognatos regis appellant: decem & quinque milia hominum. Hæc uero turba muliebriter ppe modum culta luxu magisque decoris armis conspicua erat: diriphoræ uocabantur pxi

Caude
mus iu
gulatur.

Somnia
dariū

Darius
Mouet
castra

Ordo
agminis

Ignis sacrum
ms ont
argenteis
ferabat.

Persæ in ano mori m
hnt

M. 95 Persæ imorta

mum his agmen soliti ueste acipere regale. Hi currum regis anteibant: quo ipse emi-
 nens uehebatur. Vtrūq; currus latus deorum simulachra ex auro argentoq; expref-
 sa decorabant: distinguebant interuenientes gemma iugum: ex quo eminebant duo
 aurea simulachra cubitalia: quorū alterū in alterum belli gerebat effigiem. Inter hæc
 auream aquilā pennas extendenti similem sacrauerant. Cultus regis inter omnia lu-
 xuria notabatur. Purpureæ tunicæ medium album intextū erat: pallā auro distinctā
 aurri accipitres: uelut rostris inter se corruerent: adornabant: & zona aurea muliebri-
 ter cinctus Acinacem suspenderat: cui ex gēma erat uagina. Cydarim persæ regiū ca-
 pitis uocabāt in signe: & hoc cerulea fascia albo distincta circuibat. Currum decē mi-
 lia astatorum sequebantur: hastas argento exornatas: spicula auro præfixa gestabāt.
 Dextera leuaq; regem ducenti ferme nobilissimi propinquoꝝ commitabantur. Ho-
 rum agmen claudebatur triginta milibus peditum: quos equi regis quadringenti se-
 quebantur. Interuallo deinde unius stadii matrem Darii Syligambim currus uehe-
 bat: & in alio erat coniunx. Turba sceminarum reginas commitantium equis uecta-
 bantur. Quindecim inde: quas armanaxas appellant: sequebantur. In his erant libe-
 ri regis: & qui educabant eos: spadonumq; grex haud sane illis gentibus uillis. Tum
 regis pellices trecentæ sexaginta uehebantur: & ipse regali cultu ornatuq; post quas
 pecuniam regis sexcenti muli: & trecenti camelli uehebant: præsidio sagittarioꝝ ple-
 sequente. Propinquoꝝ amicorumq; coniuges huic agmini proxima: lyxarumq;
 & calonum greges uahebantur. Vltimi erant cum suis quisq; ducibus: qui cogere
 agmen: leuiter armati. Contra si quis aciem macedonum intueretur: dispar acies erat
 equis uirisq; non aurea non discolori ueste: sed ferro atq; ære fulgentibus. Agmen &
 stare paratum & sequi: nec turba: nec sarcinis prægraue. Intentum ad ducis nō signū
 modo: sed etiam nutum. Et castris locus & exercitui commeatus suppetebant. Ergo
 alexandro in acie miles non defuit. Darius tantæ multitudinis rex: loci in quo pugna-
 uit angustiis redactus est ad paucitatem quam in hoste contempserat. Interea alexan-
 der Abistamene cappadociæ præposito lyciam petens cum omnibus copiis regionē:
 quæ castra Cyri appellant peruenet. Statua illic habuerat Cyrus cum aduersum
 Croesum in lydiam exercitum duceret. Aberat ea regio quinquaginta stadia ab adiu-
 quo Ciliciam intramus. Pila incolæ dicunt artissimas fauces uel munimēta: quæ ma-
 nu ponimus naturali situ imitante. Igitur Arsanēs: qui Ciliciæ præerat: reputās quid
 in initio belli Memnon suasisset: quoddam salubre cōsiliū sero exequi statuit. Igne
 ferroq; Ciliciam uastat: ut hosti solitudinem faciat: quicquid usui esse potest: corrū-
 pit: sterile ac nudum solum: quod tueri nequibat: relicturus. Sed lōge utilius fait an-
 gustias aditus: qui Ciliciam aperit: ualido occupare præsidio: iugumq; oportune iti-
 neri imminens obtinere: unde inultus subeuntem: aut prohibere aut opprimere hostē
 potuisset. Tunc paucis: qui callibus præsiderent: relictis: retro ipse concessit popula-
 tor terræ: quam populationibus uindicare debuerat. Ergo qui relictī erāt proditos se-
 rati: nec aspectum quidem hostis sustinere uoluerunt cum uel pauciores locum ob-
 tinere potuissent. Namq; perpetuo iugo montis asperi ac prærupti Cilicia includitur
 quod cum a mari surgat: uelut sinu quodam fluxuq; curuatum rursus altero cornu
 diuersum litus excurrit. Per hoc dorsum: qua maxime introrsum mari cedit: asperi
 tres aditus & perangusti sunt: quorum uno Cilicia intranda est: campestris eadē qua
 uergit ad mare: planiciem eius crebris distinguentibus riuis. Pyrrhamus & Cygnus

Syligā-
 bis darii
 Mater
 Coniunx
 liberi.

Acies
 Alexātri
 modo:
 modo
 modo

Arsanēs
 uastat
 Ciliciam

Pyrrha-
 mus flu.
 Cygnus
 flu.

inclyti amnes fluunt: Cygnus nō spacio aquarum: sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens puro solo excipitur. Nec torrentes incurrunt: qui placide manantem alueum turbent. Itaq; incorruptus idemq; frigidissimus: quippe multa riparum amœnitate inumbratus ubiq; fontibus suis similis in mare euadit. Multa in ea regione monumenta uulgata carminibus uetustis exederat. Monstrabant urbium sedes Vrnese & Cebesti: montis quoq; specus: & coryci nemus: ubi crocū gignitur. Cæteraq; in quibus nihil p̄ter famam durauerat. Alexander fauces iugis: quæ pilæ appellantur: intrauit. Contemplatus locorum situs nō alias magis dicitur admiratus esse fœlicitatem suam: obrui potuisse uel saxis confitebat: si fuissent qui subeūtes propellerent. Iter uix quaternos capiebat armatos. Dorsum montis iminebat uia non angustæ modo: sed plærūq; p̄ruptæ crebris oberrantibus riuis: qui ex radicibus montium manāt. Thracas tamen leuiter armatos p̄cedere iusserat: scrutariq; calles: ne occultus hostis in subeūtes erumperet. Sagittariorum quoq; manibus occupauerat iugum: intentos arcus habebant: moniti non inter ipsos inire: sed plium. Hoc modo agmen peruenit ad urbem Tarson: cui tunc maxime persæ subuiciebant ignem ne oppulentum oppidum hostis inuaderet. At ille Parmenione ad inhibendum incendium cum expedita manu p̄missio: posteaquā barbaros aduentu suorum fugatos eē cognouit: urbem a se conseruatam intrat. Mediam Cygnus amnis: de quo paulo ante dictum est: interfluit: & tunc æstas erat: cuius calor non aliam magisq; Ciliciæ orā uapore solis accendit: & diei feruidissimū tēpus cœperat puluere ac sudore simul p̄sum regem inuitauit liquor fluminis: ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaq; ueste deposita in conspectu agminis: decorum quoq; futurum ratus: si ostendisset suis leui ac parabili cultu corporis se esse contentum: descendit in flumen. Vixq; ingressi subito horrore artus rigere cœperunt: pallor deinde fusus est: & totum p̄p̄modū corpus uitalis calor reliquit. Expiranti similem ministri manu excipiunt: nec satis cōpōtem mentis in tabernaculū deferunt. Ingens sollicitudo & pœne iam luctus in castris erat. Flentes querebant in tanto impetu cursuq; rerum omnis ætatis ac memoriæ clarissimū regem non in acie saltē: non ab hoste uictum: sed abluentē aqua corpus ereptum esse & extinctum. Instare Dariū uictorem: anteq; uidisset hostem. Sibi easdem terras: quas uictores peragrassent repetendas: omnia: aut ipsos aut hostes populos peruastas sollicitudines: etiā si nemo inlequi uelit: eūtes fame atq; inopia debellari posse. Quem signū daturum fugiētib; quem ausurum Alexandro succedere: iam ut ad hellepontum fuga penetrarent: classē: qua transeant: quem p̄paraturum. Rursum in ipsum regē misericordia uersa illum florem iuuentæ: illam uim animi: eundem regē & cōmilitonē diuelli a se & abrumpi imemores sui querebāt. Inter hæc liberius meare sp̄ritus cœperat: alleuabat rex oculos: & paulatim redeunte animo circūstantes amicos agnouerat. Laxaq; uis morbi ad hoc solum uidebatur: quia magnitudinē mali sentiebat. Animum autem egritudo corporis urgebat: quippe Dariū quinto die in Ciliciam fore nuntiabatur. Vincitum ergo se tradi: & tantam uictoriā eripi sibi e manibus obscuraq; & ignobili morte in tabernaculo extingui se querebat. Admissiq; amicis pariter & medicis. In quo me: inquit: articulo reꝝ mear; fortuna depræhenderit: cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi uideor: & qui ultro intuli bellum: iam prouocor. Darius ergo cum tam superbas litteras scriberet: fortunam meā in consilio habuit: sed nequicq; si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta re-

Alex. in-
trat cili-
ciam.

Tarson
ci.
Cygnus
flu.

Alex. lan-
guor.

media & segnes medicos non expetunt tempora mea. Vel mori strenue: quā tarde conualefcere mihi melius est. Proinde si quid opis: si quid artis in medicis est: sciant me non tam mortis: quam belli remedium querere. Ingentem omnibus incufferat curā tam præceps temeritas eius. Ergo pro se quisque præcari cœpere: ne festinatione periculum auget: sed esset in potestate medentium. Inexperta remedia haud iniuria ipsius esse suspecta. Cum ad perniciem eius etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis: quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronūciari iusserat. Itaque ne ausurum quidem quenquam arbitrabantur experiri remedium: quod propter nouitatem posset esse suspectum. Erat inter nobiles medicos e Macedonia regem salutis Philippus natione acharnanus fidus admodum regi puero comes & custos salutaris datus: non ut regem modo: sed etiam ut alumnum eximia charitate diligebat. Is non præceps se: sed strenuum remedium afferre: tantamque uim morbi potione meditata leuaturum esse promisit. Nulli promissum eius placebat præterquam ipsi: cuius periculo pollicebatur. Omnia quippe facilius quam moram perpeti poterat. Arma & acies in oculis erant: & uictoriam in eo positam esse arbitrabatur: si tantum ante signa stare potuisset: id ipsum: quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset. Ita enim medicus prædixerat: ægre ferens: inter hæc a Parmenione ditissimo purpuratorum litteras accipit: quibus ei denuntiabat: ne salutem suam Philippo committeret: mille talentis a Dario: & spe nuptiarum sororis eius esse corruptum. Ingentem animo sollicitudinem litteræ incusserant: & quicquid in utraque partem: Aut metus: aut spes subiecerat: secreta æstimatione pensabat. Bibere perseuerem: ut si uenum datum fuerit: ne immerito quidem: quicquid acciderit: euenisse uideatur? Damnum ne medici fidem? In tabernaculo me opprimi patiar? Non. At qui satius est alieno me mori scelere: quam metu meo. Diu animo in diuersa uersato: nulli: quid scriptum esset renuntiat: epistolamque sigillo annuli sui impressam puluino. Cui incubebat: subiecit. Inter has cogitationes biduo assumpto illuxit a medico destinatus dies. Et ille cum poculo: in quo medicamentum diluerat: intrauit. Quo uiso Alexander leuato corpore incubile. Epistolam a Parmenione missam sinistra manu tenens accepit poculum: & hausit interitus tum epistolam Philippum legere iubet: nec a uultu legentis mouit oculos: ratus aliquas conscientiam notas in ipso ore posse deprehendere. Ille epistola perlecta: plus indignationis quam pauoris ostendit: proiectisque amiculo & litteris ante lectum. Rex (inquit) semper quidem spiritus meus ex te pendit: sed nunc uero arbitror sacro & uenerabili ore trahere. Crimen parricidii: quod mihi obiectum est: tua salus diluet. Seruatus a me uitam mihi dederis. Oro: quæsoque amissosque metu patere medicamentum concipi uenis. Laxa paulisper animum: quem mihi sollicitudine tempestiua amici sane fideles sed moleste seduli turbant. Non securum modo hæc uox: sed etiam lætum regem ac plenum bonæ spei fecit. Itaque si dii (inquit) Philippe tibi permisissent. Quo maxime modo animum uelles experiri meum: alio profecto uoluisses. Sed certiorē quam expertus es: ne optasses quidem: hac epistola accepta. Tamen quod dilueras bibi. Et nunc credo te non minus pro tua fide: quam pro mea salute esse sollicitum. Hæc locutus dextram Philippo offert. Cæterum tanta uis medicaminis fuit: ut quæ secuta sunt: criminationem Parmenionis adiuuerint. Interclusus spiritus arcte meabat: nec Philippus quicquam inexpertum omisit. Ille fometa corpori admouit: ille torpentem nunc cibi: nunc uini odore excitauit. Atque ut primum mentis copotem esse sensit: mo-

do matris sororumq; modo tantæ uictoriæ appropinquantis admonere non destitit
 Vt uero medicamentum se diffudit in uenas: & sensim toto corpore salubritas percipi
 potuit: primo animus uigorem suum: deinde corpus quoq; expectatione maturius
 recuperauit: quippe post tertium diem: quam in hoc statu fuerat: in conspectum mili
 tum uenit: nec auidius ipsum regem: quã Philippũ intuebatur exercitus pro se quisq;
 dextram eius amplexi grates habebant uelut præsentis deo. Nanq; haud facile dictu
 est præter ingenitam illi genti erga reges inos uenerationem: quantum huius quoq;
 regis uel admirationi dediti fuerint: uel charitate flagrauerint. Iam primum nihil nisi
 diuina ope aggredi uidebatur. Nam cum præsto esset ubiq; fortuna: temeritas in glo
 riam cesserat: ætas quoq; uix tantis matura rebus sed abunde sufficiens omnia etiam
 eius opera honestabat: & quæ leuiora haberi solent: plærunque in re militari grauiora
 uulgo sunt. Exercitatio corporis inter ipsos oculus habitusq; paululum a priuato ab
 horrens militaris uigor: quis ille uel ingenii dotibus: uel animi artibus: ut pariter cha
 rus ac uenerandus esset: effecerat. At Darius nuntio de aduersa ualeudine eius acce
 pto: celeritate quanta poterat: tã graue agmen ad Euphratem contendit. Iunctoq; eo
 pontibus: quinq; ramen diebus traiecit exercitũ. Ciliciã occupare festinans. Iãq; Ale
 xander uiribus corporis receptis ad urbẽ solis peruenerat: cuius potitus ducentis talẽ
 tis nomine mulctæ exactis: arcis præsidium militũ iposuit. Vota deinde pro salute susce
 pta per ludum atque hostium reddens ostendit quanta fiducia barbaros sperneret.
 Aesculapio & Mineruæ ludos celebrauit. Spectanti nuntius lætus affertur a licarnas
 so: per las acie a suis esse superatos. Myndios quoq; & Canyndios: & plæraq; tractus
 eius suæ facta dictiois. Igitur ædito spectaculo ludicro: castrisq; motis & Pyrrhamo
 amne ponte iuncto: ad urbem Malon peruenerit. Inde adeo alteris castris ad oppidum Pyrrha
 castabulum. Ibi Parmenio regi occurrit: quẽ præmiserat ad explorandum iter saltus
 per quem ad urbem Ysson nomine penetrandum erat. Atq; ille angustiis eius occupa
 tis: & præsidio modico relicto. Ysson quoq; desertam a barbaris cœperat. Inde pro
 gressus deturbatis: qui interiora montium obsidebãt: præsidiiis cuncta firmauit. Oc
 cupatoq; itinere: sicut pauloante dictũ est: idẽ & auctor & nuntius uenit. Ysson inde
 rex copias admouit: ubi consilio habito utrũ ne ultra progrediendum foret: an ibi op
 perendi essent milites noui: quos ex macedonia aduentare constabat. Parmenio non
 alium locum prælio aptiorem esset censebat: quippe illic utriusq; regis copias nume
 ro futuras pares: cum angustia multitudinem non caperent: planitiem ipsis cãposq;
 esse uitandos: ubi circuiiri: ubi ancipiti acie opprimi possent. Timere ne nõ uirtute ho
 stium: sed lassitudine sua uincerentur. Persas recentes inde successuros: si laxius stare
 potuissent. Facile ratio tam salubris consilii accepta est. Itaq; inter angustias saltus ho
 stem opperiri statuit. Erat in exercitu regis. Sifenes perses quõdam a prætorẽ ægypti
 missus ad Philippum: donisq; & omni honore cultus exilium patria sede mutauerat. Sifenes
 Secutus deinde in Asiam Alexandrum inter fideles socios habebatur: huic epistolam
 Cretensis miles obsignatam annulo: cuius signum haud sane notũ erat: tradidit. Na
 barzães prætor Darii miserat eã: hortabaturq; Sisenẽ: ut dignũ aliquid nobilitate ac
 moribus suis ederet Magno id ei apud regẽ honori fore. Has litteras Sifenes utpote
 innoxius ad Alexãdrũ sape deferre tẽptauit. Sed cũ tot curis appatuq; belli regẽ uide
 ret urgeri apti subide tps expectãsus suspitionẽ initi scelesti cõsiliũ p̄buit: nãq; epistola

Alex. cõ
ualescẽtiaVrbs so
lis.Pyrrha
mus flu.Sifenes
perses.

Priusq̄ ei redderetur: in manus Alexandri peruenerat: lectamq; eam ignoti annuli si-
 gillo impresso. Siseni dari iusserat ad æstimandam fidem barbari. Qui quia per com-
 plures dies non adierat regem: scelesto consilio eam uisus est suppressisse: & in agmi-
 ne a cretensibus haud dubie iussu regis occisus est. Iamq; græci milites quos Etimo-
 des a Farriabazo acceperat: præcipua spes & propemodum unica Alexandri ad Da-
 rium peruenerant. Hi magnopere suadebant: ut retro abiret: spatiosaq; Mesopota-
 miæ cāpos repeteret. Si id consiliū damnaret: at ille diuideret saltem copias innume-
 rabiles: neu sub unū fortunæ ictum totas uires regni cadere pateretur. Minus hoc cō-
 siliū regi: quam purpuratis eius displicebat: ancipitem fidem & mercede uānalem
 proditionem imminere: & diuidi non ob aliud copias uelle: quam ut ipsi in diuersa di-
 gressi: si quid cōmissum esset traderent Alexandro. Nihil tutius esse: quam circunda-
 tos eos exercitu toto obrui tælis: documentum non inultæ perfidiæ futuros. At Dari⁹
 ut erat sanctus & mitis: se uero tantum facinus negat esse facturum: ut suam secutos
 fidem suos milites iubeat trucidari. Quem deinde amplius nationum exterarum sa-
 lutem suam crediturum sibi: si tot militū sanguine imbuisset manus: Neminem sto-
 lidum consiliū capite luere debere. Defuturos enim qui suaderent: si sualisse pericu-
 lum esset: deniq; ipsos quotidiē ad se uocari in consiliū iubet: uariāq; sententias di-
 cere: nec tamen melioris fidei haberi qui prudentius suaserit. Itaq; græcis nuntiarī iu-
 bet ipsum quidem beniuolentiæ illoꝝ gratias agere. Cæterum si retro ire pergat: haud
 dubie regnum hostibus traditurum. Fama bella stare: & eum qui recedat: fugere cre-
 di. Trahendi uero belli insulsam esse rationē. Tantæ enim multitudinī utiq; cum iam
 hyems instaret in regione uasta: & inuicem a suis atq; hoste uexata non suffectura ali-
 menta: ne diuidi quidē copias posse seruato more maiorum: qui uniuersas uires sem-
 per discrimini bellorum obtulerūt. Et hercule terribilem antea regem & absentia sua
 ad uanā fiduciā elatum: posteaq; aduentare se senserit: cautum pro temerario factum
 detulisse inter angustias saltus ritu ignobilium ferarum: quæ strepitu prætereuntium
 audito: siluarum latebris se occuluerunt. Iam etiam ualitudinis simulatione frustrari
 suos milites: sed non amplius ipsum esse passurum detrectare certamen. In illo specu
 in quem pauidi recessissent: oppressurum esse cunctantes: hæc magnificentius iacta
 quam uerius. Cæterum pecunia omni rebusq; præciosissimis damascum Syriæ cū
 modico præsidio militum missis: reliquas copias in ciliam duxit in sequentibus mo-
 re patrio agmen coniuge & matre uirgines quoque cum paruo filio comitabantur pa-
 trem. Forte eadem nocte & Alexander ad fauces: quibus Syria aditur: & darius ad eū
 locum: quem amanicas pylas uocant: peruenit. Nec dubitauere peris: quin Ysson
 relicta: quam cœperant macedones fugerent. Nam etiam saucii quidam & inualidi
 qui agmen non poterant persequi: excepti erant. Quos omnes istinctu purpuratoꝝ
 barbara feritate sæuientiū præcis adductisq; manibus circumduci: ut copias suas no-
 scerent: satisq; oibus spectatis nunciare: q̄ uidissent: regi suo iussit. Motis ergo castris
 superat Pyrrhamū amnē in tergis: ut credebat: fugientiū hæsurus. At illi: quos ampu-
 tauerat manus: ad castra macedonū penetrant. Dariū quā maximo cursu possent se-
 qui nūciantes. Vix fides habebatur. Itaq; speculatores in maritimas regiones præmis-
 sos explorare iubet: ipse ne adesset: an præfactoꝝ aliquis speciē tribuisset uniuersi ue-
 niētis exercitus. Sed cū speculatores reuerterēt: procul ingens multitudo cōspecta ē.

Consiliū
 græcorū
 militum

Darius i-
 trat Cili-
 ciam.

Concur-
 sus Darii
 & Alexā-
 dri exerci-
 tum.

Ignes deinde totis cāpis collucere cœperunt: omniaq; uelut continenti incendio arde
 re uisa: cū incondita multitudo maxime propter iumenta laxius tenderet. Itaq; eo ipso
 loco metari suos castra iusserat: latus quod omni expetuerat uoto: in illis potissimū
 angustiis decernendū esse. Cæterum ut solet fieri: cum ultimi discriminis tempus ue
 nerat in sollicitudinem uersa fiducia est. Illam ipsam fortunam: qua aspirante res itam
 prospere gesserat: uerebatur: nec iniuria ex iis quæ tribuisset sibi: quāq; mutabilis eēt:
 reputabat. Vnam superesse noctem: quæ tanti discriminis moraretur euentum. Rur
 sus occurrebant maiora periculis premia. Et sicut dubium esset: an uinceret: ita illud
 utiq; certum esse honeste & cum magna laude moriturum. Itaq; corpora milites cura
 re iussit: ac deinde tertia uigilia instructos & armatos esse. Ipse in iugum editi montis
 ascendit: multisq; collucentibus facibus patrio more sacrificiū diis præsidibus loci fe
 cit. Iamq; tertium: sicut præceptum erat: lignū tuba miles acceperat itineri simul pa
 ratus & prælio: strenuesq; iussi procedere oriente luce peruenerūt ad angustias: quas
 occupare decreuerant. Dariū triginta inde stadia abesse præmissi indicabant. Tunc
 consistere agmen iubet: armisq; ipse sumptis aciē ordinabat. Dario aduentū hostiū
 pauidi agrestes nuntiauerunt. Vix credenti occurrere etiam: quos ut fugientes seque
 batur. Ergo non mediocris oīum animos formido incesserat: quippe itineri: quā præ
 lio aptiores erant: raptimq; arma capiebant. Sed ipsa festinatio discurrentium: suosq;
 ad arma uocantium maiorem metum incussit. Alii in iugum montis euaserant: ut ho
 stiū agmen inde prospicerent: equos pleriq; frænabant: discors exercitus: nec ad unū
 intentus imperium uario tumultu cuncta turbauerat. Darius in initio montis iugū cū
 parte copiarū occupare statuit: & a fronte & a tergo circuiturus hostē. A mari quoq;
 quo dexterum eius cornu tegebatur alios obiecturus: ut undique urgeret: præter hæc
 uiginti milia præmissa cum sagittariorū manu. Pyrrhamum amnem: qui duo agmi
 na interfluebat: transire & obicere sese macedonū copiis iusserat. Si id præstare non
 possent: retro cedere in montes & occulte circuire ultimos hostium. Cæterum desti
 nata salubriter cū ratione potentior fortuna discussit: quippe alii præ metu iperū exe
 qui non audebant: alii frustra exequabant: quia ubi partes labant: summa turbatur.
 Acies autem hoc modo stetit. Nabarzanes equitatu dexterum cornu tuebatur: addi
 tis funditorum sagittariorumq; uiginti ferme milibus. In eodem Timodes erat græ
 cis peditibus mercede conductis triginta milibus præpositus: hoc erat haud dubium
 robur exercitus par macedonica phalangi acies. In leuo cornu Aristomedes thessal
 uiginti milia barbarorū peditum habebat. In subsidiis pugnacissimas locauerat gen
 tes. Ipsum regem in eodem cornu dimicaturum tria milia delectorum equitum assue
 ta corporis custodiar: & pedestris acies. xl. milia sequebantur. Hircani deinde Mediq;
 equites his proximi cæterarū gentium ultra eos dextera leuaq; dispositi. Hoc agmen
 sicut dictum est: instructum sex milia iaculatorū funditorumq; antecedeabant. Quic
 quid in illis angustiis adiri poterat: impleuerant copiarū: cornuaq; hinc a iugo: illinc a
 mari stabant: uxorem matremq; regis & aliam foeminarū gregem in medium agmen
 acceperant. Alexander phalangem: qua nihil apud macedonas ualidius erat: i fronte
 constituit. Dexterum cornu Micanor parmenionis filius tuebatur: huic proximi sta
 bāt Conos: & pdicas: & meleager: & Ptolomæus: & amnytas sui qsq; agminis duces.
 In leuo: quod ad mare ptinebat: Craterus & Parmenio erāt. Sed Craterus parmenio
 ni parere iussus. Eqtes ab utroq; cornu locati. Dexteræ macedones thessalis adiuncti:

Alex. in
struit aci
em

Darius
ordinat.
exercitū

Figura a
ciei Darii

Figura a
ciei alexā
dri

leuum in pelopōneses tuebant. Ante hanc aciē posuerant funditorū manum: sagittarū is admixtis. Thraces quoq; & cretenses ante agmē ibant & ipsi leuiter armati. At iis: q; prēmisiā Darii iugum montis in se derant: agrianos opposuit ex grācia nuper aduectos. Parmenioni autem praeceperat: ut quantum posset: agmen ad mare extenderet: quo longius abesset montibus: quos occupauerant barbari. At illi neq; obstare ueniētibus: nec circuire prae ter gressos ausi: fundatorum maxime aspectu profugerant ter riti. Ea q; res tutum Alexandro agminis latus: qd ne superne incessetur: timuerat: prae stitit: triginta & duo armatorū ordines ibant: neq; enim latius extendi aciē patiebāt angustia. Paulatim deinde se laxare: & sinus montium & maius spacium aperire coe perant: ita ut non pedes solum pluribus ordinibus incedere: sed etiam a lateribus cir cūfundī posset equitatus. Iam in conspectu sed extra tæli iactum utraq; acies erat: cū priores per se inconditum & trucem iustulere clamorem. Redditur & macedonibus maior exercitus impar numero iugis montium uastisq; saltibus repercussus: quippe semp circūiecta nemora petra q; quātuncunq; acceperē uocē multiplicato sono refe runt. alexander ante prima signa ibat: idētidem manu suos inhibens: ne suspensi acris us ob nimia festinationē cōcitato spiritu capefferent bellū. Cūq; agmen obequitaret uaria oratione: ut cuiusq; animis aptum erat: milites alloquebat. Macedones tot bel loꝝ in europa uictores ad subigendam asiam atq; ultima orientis non ipsius magis q; suo ductu pfecti iueterata uirtutis admonebant. Illos terrarū orbis liberatores emer sosq; olim Herculis & liberi patris terminos non p̄lis modo: sed et oibus gentibus in posituros iugum. Macedonū copias bactra & indos fore: minima esse: quæ nunc itue rentur: sed oia uictoria parari. Non prae ruptis petris illyricorum & thraciae saxis ste rilem laborem fore: spolia totius orientis offerri. Vix gladio futurū opus. Totam aciē suo pauore fluctuantē umbombus posse ppelli. Victor ad hac atheniensiu Philip pus pater inuocabat: domitāq; nuper boetia & urbis in ea nobilissimæ ad solum di ruta species repræsentabat animis: iam Granicū amnē: iam tot urbes aut expugna tas aut in fidem acceptas: omniaq; quæ post tergum erāt strata: & pedibus ipsorum subiecta memorabat. Cū adierat græcos: admonebat ab iis gentibus illata grāciae bel la. Darii prius: deinde Xerxis insolentia aquā ipsam terramq; populantium: ut neq; fontium hauustum: nec solitos cibos relinquerent: dedita eis templa ruinis & ignibus esse deleta. Urbes eorū expugnatas: foedera humani diuinūq; iuris uiolata referebat. Illyricos uero & thracas raptō uiuere assuetos aciē hostium auro purpuraq; fulgē tem intueri iubebat prædam non arma gestantē. Irent & imbellibus fœminis aux uiri eriperent. Aspera montiu suorū iuga nudosq; calles & ppetuo rigentes gelu ditibus persarū campis agrisq; mutarent. Iā ad tæli iactū peruenerant: cū persarum equites fe rociter in leuum cornu hostium inuecti sunt: quippe Darius equestri prælio decerne re optabat. Phalangem macedonici exercitus robur esse coniectans. Imaq; etiam dex trum Alexandri cornu circuibatur: quod ubi Macedo conspexit: duabus alis equitū ad iugum montis iussis subsistere: cæteros in medium belli discrimē strenue trāsfert. Subductis deinde ex aciē thessalis equitibus præfectum eorum occulte circuire tergū suorum iubet. Parmenionique coniungi: & quod is imperasset: impigre obsequi. Iā que ipsi in medium persarum undiq; circumfusi egregie tuebantur: sed conserti & qua si coherentes tæla uibrare non poterant. Simul ut erant emissa in eosdem concurren tia implicabantur: leuique & uario ictu pauca in hostem: plura in humum innoxia

Cōgres
sus exer
citiuum.

Oratio
Alexan
dri ad su
os

Initiū pu
gnæ.

cadebant. Ergo comminus pugnam coacti conferere: gladios impigre stringunt. Tū uero multum sanguinis fufum ē: duæ quippe acies ita cohærebāt: ut armis arma pulfarent: mucrones in ora dirigebant: non timido: non ignauo cessare tum licuit collato pede q̄li ſinguli inter ſe dimicarent: in eodē uestigio ſtabant: donec uincendo locum ſibi facerent. Tum demū ergo promouebant gradum: cum hoſtem proſtrauerant. At illos nouus excipiebat aduerſus fatigatos: nec uulnerati: ut alias ſolēt: acie poterāt excedere: cum hoſtis inſtaret a fronte: a tergo ſui urgerent. Alexāder nō ducis magis: quā militis munera exequabatur: optimum decus cæſo rege expetens: quippe Dariuſ curru ſublimis eminebat: & ſuis ad ſe tuendū & hoſtibus ad inceſſendum ingens incitamentum. Ergo frater eius Oxatres cum Alexandrū inſtare ei cerneret: equites: quibus præerat ante ipſum currum regis obiecit: armis & robore corporis multum ſuper cæteros eminens: animo uero & pietate in pauciſſimis. Illo utiq; prælio clarus alios improuide inſtātes proſtrauit: alios in fugam auertit. At macedones ut circa regem erāt mutua adhortatione firmati: cum ipſo in equitū agmen irrumpunt. Tum uero ſimilis ruinae ſtrages erat. Circa currum Darii iacebant nobiliſſimi duces ante oculos regis egregia morte defuncti: omnes in ora proni ſicut dimicantes procubuerant aduerſo corpore uulnerib⁹ acceptis. Inter hos Aticies: & Troūtes: & Sathaces prætor ægypti magnorum exercituū præfecti noſcitabantur: circa eos cumulata erat peditū equitūq; obſcurior turba. Macedonū quoq; non quidem multi ſed promptiſſimi tamen caſi ſunt. Inter quos Alexandri dextere femur leuiter mucrone perſtrictum ē. Iamq; q̄ Alexāder Dariuſ uehebant equi confoſſi haſtis & dolore efferati iugum quaterere & regem curru uulneratū excutere cœperant. Cum ille ueritus ne uiuus ueniret in hoſtium poteſtate: deſiluit Darii ſuū & in equū: qui ad hoc ſequebatur: imponitur. In ſignibus quoq; imperii ne fuga prodiderent indecore abiectis. Tū uero cæteri diſſipantur metu: & quæ cuiq; patebat: ad fugam uia erumpunt: arma iacentes: quæ paulo ante ad tutelam corporis ſumpſerant: adeo pauor etiā auxilia formidabat. Inſtabat fugientibus eques a Parmenione miſſus & forte in id cornu omnes fuga abſtulerat. At in dextero perſæ theſſalos eqtes uehementer urgebant. Iāq; una alia ipſo ipetu perculcata erat: cū theſſali ſtrenue circunactis equis dilapſi ruruſ in præliū redeunt: ſparſoſq; & incompoſitos uictoriae fiducia barbaros ingenti cæde proſternunt. Eq̄ pariter equiteſq; perſarū ſerie laminae: ob id gen⁹ graues: agmen quod celeritate maxime conſtat: ægre moliebantur: quippe in circūagendis equis ſuis theſſali multos occupauerant. Hac tam proſpera pugna nunciata Alexander non ante auſus perſequi Barbaros: utrinq; iam uictor inſtare fugientibus cœpit. Haud amplius regem quam mille equites ſequebātur cum ingens multitudo hoſtium caderet. Sed quis aut in uictoria: aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo a tam paucis pecorū modo: & idem metus: qui eogebat fugere: fugientes morabantur. At græci: qui in darii partibus ſteterant Amynta duce: prætor hic Alexandri fuit Amynta nunc tranſfuga: abrupti a cæteris. Haud ſane fugientibus ſimiles euaserant. Barbari dux: longe diuerſam fugam intenderunt: alii qua rectum iter in perſidem ducebat: quidam circuitu rupis ſaltuſq; montium occultos petiuere: pauci caſtra Darii. Sed iam illa Caſter da quoq; hoſtis uictor intrauerat: omni quidem opulentiā ditia. Ingens auri argentiq; ruii capta. pondus non belli: ſed luxuriæ apparatus diripuerant milites. Cumq; plus raperent: paſſim ſtrata erant itinera uilioribus ſarcinis: quas in comparatione meliorum auaritia contēperat. Iamq; ad ſcēmas peruentū erat: quibus: quo chariora ornāmēta ſunt

uiolentius detrahebant: nec corporibus quod uis ac libido parcebat. Omnia plactu
 tumultuque; prout cuique fortuna erat; castra repleuerat; nec ulla facies mali deerat; cum
 per omnes ordines aetateque uictoris crudelitas ac licentia uagaret. Tunc uero impotes for-
 tunae species conspici potuit; cum illi; qui tum Dario tabernaculum exornauerat omni luxu
 & opulencia instructum; eadem illa Alexandro quali ueteri domino reseruabatur. Nam quod so-
 lum intactum omiserant milites; ita tradito more; ut uictore uicti regis tabernaculo ex-
 ciperent. Sed omnium oculos animosque in semet conuerterat captiuae mater coniunxque darii.
 Illa non maiestate solum; sed et aetate uenerabilis; haec formae pulchritudine; nec illa
 quidem forte corrupta acceperat in sinu filium nondum sextum aetatis annum egressum in
 spem tantae fortunae; quam pauloante pater eius amiserat; genitum. At in gremio anus
 auiam iacebant adultae uirgines duae; non suo tantum; sed illius merore et coeactae. Ingens
 circa eam nobilium foeminae turba constitit; laceratis crinibus; abscisaeque ueste; pri-
 stini decoris imemores; reginas dominaeque ueteres quondam; tunc alienis nominibus
 inuocantes. Illae suae calamitatis oblatae in utro corno Darius stetit; quae fortuna di-
 scriminis fuisset requirebant. Negabant se captas; si uiueret rex. Sed illum equos subin-
 de mutantem longius fuga abstulerat. In acie autem caesa sunt persarum peditum cen-
 tum milia; decem uero milia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quattuor & quin-
 genti laucii fuere; triginta omnino & duo ex peditibus desiderati sunt. Equitum centum
 quinquaginta interfecti. Tantulo impendio ingens uictoria stetit. Rex; qui diu Da-
 rium persequendo fatigatus erat; posteaque & nox apparebat; & eum insequendi spes
 non erat; in castra pauloante a suis capta peruenit. Inuitari deinde amicos; quibus ma-
 xime assueuerat; iussit; quippe summa duntaxat cutis in foemore perstricta non prohibe-
 bat interesse conuiuium; cum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor barba-
 ro ululatu planctuque permixtus epulantes conterruit. Cohors quoque quae excubabat
 ad tabernaculum regis; uerita ne maioris motus principium esset; armare se coeperat. Cau-
 sa pauoris subiti fuit; quod mater uxorque Darii cum captiuis mulieribus nobilibus re-
 gem; quem interfectum esse credebant; ingenti gemitu eiulatuque desolebant. Unus namque
 e captiuis spadonibus; qui forte ante persarum tabernaculum steterat; amiculum; quod
 Darius; sicut pauloante dictum est; ne cultu proderetur; abiecerat; in manibus eius;
 qui repertum ferebat; agnouit; ratusque interfecto detractum esse; falsum nuncium mor-
 tis eius attulerat. Hoc mulierum errore comperto Alexander fortunae Darii & pietati
 eam lachrymasse fertur. Ac prius Mithrenem; qui sarcos prodiderat; peritum persicae
 linguae; ire ad consolandas eas iusserat. Veritus deinde ne proditor captiuae; ira dolo
 remque grauaret. Leonatum ex purpuratis suis misit; iussum indicare falso lamentari
 eas; darium uiuum. Ille cum paucis armigeris in tabernaculum; in quo captiuae erant
 peruenit; missumque a rege se nunciare iubet. At illi; qui in uestibulo erant; ut armatos con-
 spexere; rati actum esse de dominis; in tabernaculum currunt; uociferantes ad eum su-
 premam horam; missosque qui occiderent captas. Itaque ut quae nec prohibere; nec ad-
 mittere auderent; nullo responso dato tacite opperiebantur uictoris arbitrium. Leo-
 natus expectato diu; qui se intromitteret; postea quam nemo prodite audebat; reli-
 ctis in uestibulo satellitibus; intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbauerat foeminas
 quae irrupisse non admissus uidebatur. Itaque mater & coniunx proclatam ad pedes orare
 coeperunt. Ut priusquam interficerentur. Darii corpus ipsius patrio more sepelire
 permetteret; functas supremo in regem officio se impigre morituras Leonatus &

Mater &
 coniunx
 darii ca-
 ptiuae

Hostium
 caesorum
 numerus

Alexandri
 clementia

uiuere Dariū: & ipsas nō incōlumes modo: sed ēt apparatu pristīnæ fortunæ regi, Cadaue-
 nas fore. Tum mater Darii alleuari se passa est. Alexāder postera die cum cura sepulra hostiū
 tis militibus: quorū corpora inuenerat. Persarū quoq; nobilissimis eūdem honorem sepeliri
 haberi iubet: matricq; Darii permittit: quos uellet: patrio more sepeliret. Illa paucos iussit Ale-
 arcta ppinquitate coniūctos pro habitu p̄sentis fortunæ humari iussit: apparatus fu- xander
 nerum: quo persæ suprema officia celebrarēt: inuidiosum fore existimās: cum uicto-
 res haud p̄ciose cremarēt. Itaq; iustis defunctorū corporibus solutis exequiis p̄mittit
 ad captiuas qui nuntiarent ipsum uenire. Inhibitaq; comitantium turba tabernaculū
 cum Ephestione intrat. Is longe omnium amicorū charissimus erat regi: cum ipso pa- Ephestiō
 riter educatus: secretorū oīum arbiter libertatis quoq; in admonēdo eo nō alius ius ha-
 bebat: quod tamen ita usurpabat: ut magis a rege permissum q̄ uendicandū ab eo ui-
 deretur. Et sicut ætate par erat regi: ira corporis habitu p̄stabat. Ergo reginæ illum re-
 gem esse rata: suo more uenerate sunt. Inde spadonibus captiuis: quis Alexander eēt
 monstrātibus. Sisigambis aduoluta est pedibus eius ignorationem nūq̄ antea uisi re Sisigam-
 gis excusans. Quam manu alleuans rex nō errasti: inquit: mater. Nam & hic Alexan- bis darii
 der est. Equidem si hac cōtinentia animi ad ultimum uitæ perseuerare potuisset: fœ- mater.
 liciorum fuisse crederē quā uisus est esse: cum liberi patris imitaretur triumphum ab
 helleponto usq; ad oceanum omnes gentes uictoria emensus: si uicisset p̄fecto sup-
 biā atq; iram mala iuicta: si abstinuisset inter epulas cædibus amicorum: egregioq;
 bello uiros & tot gentium secum domitores. In dicta causa ueritus eēt occidere. Sed
 nondum fortuna se animo eius superfuderat. Ita orientem tam moderate & prudēter
 tulit: ad ultimum magnitudinem eius nō cœpit: tum quidem ita se gessit: ut oēs ante
 eum reges & cōtinentia & clementia uincerentur. Virgines reginas excellētis formæ
 tam sanctæ habuit: quam si eodem tempore quo ipse parēte genite forent. Coniugē Alexandri
 eiusdem quam nulla ætatis suæ pulchritudine corporis uicit: adeo ipse nō uiolauit: ut cōtinentia
 summam adhibuerit curam: ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem cultū reddi
 fœminis iussit: nec quicq; ex pristīnæ fortunæ magnificentia captiuis p̄ter fiduciam
 defuit. Itaq; Sisigambis rex iquit mereris: ut ea p̄cemur tibi: quæ Dario nostro quon-
 dam p̄cata sumus: & ut uideo dignus es: qui tantum regem nō fœlicitate solum: sed
 etiam æquitate superaueris. Tu quidem matrem me & reginā uocas: sed ego me tuā
 famulam esse cōfiteor. Et p̄teritæ fortunæ fastidium capio: & p̄sentis iugū pati pos-
 sum. Tua interest quātum in nos licuerit: si id potius clementia quam seuitia ius esse
 testatum. Rex bonum animū habere eas iussit. Darii deinde filium collo suo admo-
 uit. Atq; nil ille conspectu tunc primū a se uisi cōterritus: ceruicem eius manibus am-
 plectit. Motus ergo rex constantia pueri Ephestionem intuens quam uellem: iquit:
 Darius aliquid ex hac indole hausisset. Tum tabernaculo egressus tribul aris in ripa
 pyrrhami amnis loui atq; Herculi Mineruæq; sacratis Syriā petit. Damascum: ubi Alex. Sy-
 regis gaza erat. Parmenione p̄misso. Atq; cum p̄cessisse Darii satrapem comperisset riā petit
 Veritus ne paucitas suorum sperneret: accersere maiorem manum statuit. Sed for-
 te i exploratores ab eo p̄missos incidit natione Mardus: qui ad Parmenionem perdu Mardus
 ctus litteras ad Alexandrum a p̄fecto Damasci missas tradit ei: nec dubitare eum
 quin omnem regiam suppellectilem cum pecunia traderet: adiecit. Parmenio aduer ad Par-
 sarii eo iusso litteras aperit: in quis erat scriptum ut mature Alexander aliquem ex du-
 cibus suis mitteret cū manu exigua. Itaq; re cognita Mardū datis comitibus ad pro-
 uenit.

ditorem remittit. Ille e manibus custodiētū lapsus damascū ante lucem intrat. Tur-
bauerat ea res parmenionis animum insidias timentis & ignotum iter sine duce non
audebat ingredi. Fœlicitati tamē regis sui confusus agrestes: qui duces itineris essent
excipi iussit: quibus celeriter repertis quarto die ad urbem peruenit: iam metuēte præ-
fecto: ne sibi fides habita non esset. Igitur quasi parum munimētis oppidi fidens an-
Gaza uo te solis ortum pecuniam regiam: quam gazam persæ uocant: cum præciosissimis re-
cabulum rum efferi iubet: fugam simulās re uera ut prædam hosti offerret. Multa milia uiro-
perlicū rum sceminarumq; excedentē oppido sequebantur: omnibus miserabilis turba præ-
ter eum cuius fidei commissa fuerat: quippe quo maior pditoris merces foret: obiu-
cere hosti parabat gratiorem omni pecunia prædam nobiles uiros prætorum Darii
coniuges liberosq; præter hos urbium græcarum legatos: quos Darius uelut in arce
Gamga / tuissima in pditoris reliquerat manibus. Gamgabas persæ uocāt humeris onera por-
bx tantes: lincum frigus tollerare nō possent: quippe & pcella subito niuem effunderat
& humus rigebat gelu: tum astrictas uestes: quas cū pecunia portabāt: auro & pur-
pura insignes induūt: nullo phibere auso: cū fortuna regis etiam humillimis in ipm
licentiam faceret. Præbuere ergo Permenioni non spernendī agminis speciē: qui intē-
tio re cura suos quasi ad iustum prælium paucis adhortatus equis calcaria subderr iu-
bet & acri impetu in hostem inuehi. At illi qui sub oneribus erāt omīssis: per metum
Dama- capessunt fugam. Armati quoq; qui eos persequabantur: eodem metu arma iactare:
scenorū ac nota diuerticula petere cœperunt. Præfectus quasi & ipse conterritus simulans
miserabi cuncta pauore compleuerat. lacebant totis campis opes regix. Illa pecunia stipēdio
lis fuga: ingenti militum præparara. Ille cultus tot nobilium uirorum: tot illustrium scemina
& capti- rum: aurea uasa: aurei fræni: tabernacula regali magnificētia ornata. Vehicula quo-
uitas q; a suis destituta ingentis opulentix plena: facies etiam prædātibus tristis: si qua res
auariciam moraretur: quippe tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cu-
mulata: tunc alia stirpibus lacerata alia in ccenum demersa eruebantur: non sufficie-
bant prædantium manus prædæ. Iamq; etiam ad eos: qui primi fugerant: uentum
erat. Fœminæ plæreq; paruo: trahentes liberos ibant: inter quas tres fuere uirgines
Occhi re Occhi: qui ante Darium regnauerat filix olim quidem ex fastigio paterna rerū mu-
& nxor tatione detractæ: sed tum sortem earum crudelius aggrauante natura. In eodem gre-
ge uxor quoq; eiusdem Occhi fuit: Oxatresq; frater: hinc erat Darii filia & coniunx
Artabazi principis purpuratorū: & filius: cui Illioneo fuit nomē. Pharnabazi quo-
q; cui summum imperium maritimæ oræ rex dederat: uxor cū filio excepta est. Mē-
toris filix tres: ac nobilissimi ducis Memnonis coniunx & filius. Vixq; ulla domus
purpurati fuit tantæ cladis expers. Lacedæmoni quoq; & athenienses erant socie-
tatis fide uiolata persas secuti. Aristogiton dropides & leuertes inter atheniēses gene-
re fama; longe clarissimi. Lacedæmoni Perisippus & Onomastorides cum Omaio
& Calicratide ii quoq; domi nobiles. Summa pecuniæ signata fuit talentor: duo mi-
lia & sexaginta facile argenti pōdus: quingēta æquabat. Præterea. xxx. milia hominū
cū septē milibus iumentorū dorso onera portatium capta sunt. Caterū dī tantæ for-
tunæ pditorem sepulturæ celeriter debita pœna persecuti sunt. Nāq; unus e conciscis
Propito- eius credo regis uicem etiam in illa sorte reueritus: interfecti pditoris caput ad Da-
ris dama- rium tulit (opportunum solatium prodito) quippe & ultus inimicum erat: & nondū:
sci mors. in omnium animis memoriam maiestatis suæ exoleuisse cernebat.

Q. CVCTII DE REBVS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS
MACEDONVM. LIBER Q VARTVS.

DARIVS Tanti modo exercitus rex: qui triūphantis magis quā dimi-
cantis mote curru sublimis inierat prælium: per loca: quæ prope imen-
sis agminibus cōpleuerat: iam inania & ingenti solitudine uasta fugie-
bat pauci regē sequebantur: nam nec eodē oēs fugā intenderant & defi-
cientibus equis cursum eorū: quos subinde mutabat æquare non pote-
rant: Vnchas deinde peruenit: ubi excepere eum græcorū quattuor milia: cū quibus
ad Euphratem contendit: id demū credens fore ipsius: quod celeritate præripere po-
tuisset. At Alexāder Parmenionē: per quā apud damascū recepta erat præda: iussum
eā ipsam & captiuos diligenti asseruare custodia: Syriā: quā celem uocant: præfecit.
No uum imperiū Syri nondū belli cladibus satis domiti aspernabantur: sed celeriter
subacti obedienter i perata fecerunt. Nardus quoq; in insula deditur regi. Maritimā ta- **Nardus**
men oram & plæraq; longius etiā a mari recedentia rex eius in insulæ strato possidebat: **insula**
quo In fidē accepto castra mouit ad urbē Marathon. Ibi illi litteræ a Dario reddūtur
quibus ut superbe scriptis uæhemēter offensus est. Præcipue eū mouit: quod darius
sibi regis titulū nec eundē Alexandri nomini ascripserat. Postulabat aut magis q̄ pe- **Litteræ**
tebat: ut accepta pecunia quātacūq; tota Macedonia caperet: matrē sibi ac coniugē li- **darii ale-**
berosq; restitueret. De regno æquo: si uellet: Marte contēderet. Si saniora cōsilia tadē **xandro**
pati potuisset: contentus patrio cederet alieni i perii finibus: socius amicusq; eēt: in ea **redditæ.**
se fidē & dare paratū & accipere. Contra Alexander in hunc maxie modū rescriptit.
Rex Alexander Dario. Celes: cuius nomen sumpsisti. Darius græcos: qui orā helle- **Alexātri**
sponti tenent coloniasq; græcorū: Ionias omni clade uastauit: cū magno deinde exer- **litteræ ad**
citu mare traiecit: illato Macedonia & græciæ bello. Rursus rex Xerxes gētis eiusdē **darium.**
ad oppugnandos nos cū imaniū barbarorū copiis uenit: qui nauali plio uictus. Mar-
doniū tamen reliquit in græcia: ut absens quoq; popularetur urbes: agros ureret. Phi-
lippū uero parentē meū quis ignorat ab iis interfectū esse: quos ingentis pecuniæ spe
solicita uerant uestri: Impia enim bella suscipitis: & cū habeatis arma: licitamini ho-
stiū capita: sicut tu proxime talentis mille tantū exercitus rex percussorē in me emere
uoluisti. Repello igitur bellū: non infero. Et diis quoq; pro meliore stantibus causa
magnā partē aliā in ditionem redegi meā: te ipsum acie uici: quē & si nihil a me impe-
trare oportebat quod petieras: utpote qui ne belli quidē in me iura seruaueris: tamen
si ueneris supplex: & matrē: & coniugē: & liberos sine præcio recepturū esse p̄mitto.
Et uincere & consulere uictis scio. Qui si te nobis cōmittere times: dabimus fidē im-
pune uenturū. De cætero cū mihi scribes: memento non solū regi te: sed etiā tuo scri-
bere. Ad hanc perferendā Tersippus missus in scenicē deinde descendit: & oppidum
Biblo traditū recepit. Inde ad Sydona uentū est: urbē uetustate fama q; conditorum **Sydon**
inclyrā. Regnabat in ea Strato Darii opibus adiutus: sed quia deditioem magis po- **uetusta**
pulariū: q̄ sua sponte fecerat regno uisus indignus. Ephestioniq; p̄missum: quē eo fa- **te iclyta.**
stigio Sidones dignissimū arbitrarent: constitueret regē. Erant ephestioni hospites
Darii inter suos iuuenes: qui facta ipsis potestate regnādi: negauerūt quēq; patrio mo-
te in id fastigiū recipi nisi regia stirpe ortū. Admiratus ephestion magnitudinē animi
spernentis: quod alii p̄ignes ferrūq; peterēt. Vos quidē mahti uirtute (inquit) estote:
qui primi intellixistis quāto maius eēt regnū fastidire q̄ accipere. Cæterū date aliquē

b

regiæ stirpis: qui meminerit a uobis acceptū habere se regnū. At illi: cū multos imine
 re tantæ spei cernerēt singulis amicorꝝ Alexandri ob nimiam regni cupiditatē adulan
 tibus: statuunt neminē eē potiorē: q̄ Abdolominū quēdam longe quidē cognatione
 stirpi regiæ annexum: sed ob inopiā suburbanum hortū exigua colentē stipe. Causa
 ei paupratis sicut pleriqꝫ p̄bitas erat: intētusqꝫ ope diurno strepitū armorꝝ: qui totam
 asiam concusserat: non exaudiebat. Subito deinde: de quibus antedictū est: cū regiæ
 uestis insignibus hortū intrant: quē forte steriles herbas eligēs: Abdolominus repur
 gabat. Tunc rege eo saluto: alter ex his habitus (inquit) quē cernis in meis manibus
 cū isto squalore p̄mutandus tibi est. Ablue corpus illuuiæ: æternisqꝫ sordibus (quali
 dum. Cape regis animū: & in eā fortunā: qua dignus es: istā continētiā p̄fer. Et cū
 in regali solio residebis: uitæ necisqꝫ omniū ciuiū dominus (caue) obliuiscaris huus:
 in quo accipis regnū: imo hercule: p̄p̄ quē somnio similis res Abdolomino uidebat̄.
 Interdum satis ne sani eēnt: qui tam p̄terue sibi illuderēt: p̄cunctabatur. Sed ut cun
 ctanti squallor ablutus est: & iniecta uestis purpura auroqꝫ distincta: & fides a iurā
 tibus facta: sero iam rex iisdē comitātibus in regiā puenit. Fama (ut solet) strenue to
 tas urbes discurret: aliorꝝ studiū: aliorꝝ indignatio eminebat. Ditissimus quisqꝫ humi
 litatē inopiāqꝫ eius apud amicos Alexandri criminabāt̄. Admitti eū rex p̄tinus iussit:
 diuqꝫ contēplatus: corporis inquit habitus famæ generis non repugnat: sed libet scire
 inopiā: qua patiētia tuleris. Tum ille utinam (inquit) eodē animo regnū pati possim.
 Hæc manus sufficere desiderio meo: nihil habēti nihil defuit. Magnæ indolis speciē
 ex hoc sermone Abdolomini cœpit. Itaqꝫ non stratonis modo regiā supellectilē attri
 bui ei iussit: sed pleraqꝫ eēt ex p̄sica p̄da: regionē quoqꝫ urbi appositā dicioni eiꝫ adiecit
 Interea amyntas: quē ad perlas ab alexandro transfugisse diximus: quum quattuor mi
 libus græcorum ipsū ex acie p̄secutis fuga tripolim puenit: inde in naues militibus
 impositis Cyprū trāsmisit: & cum in illo ltatu rerū id quēqꝫ: quod occupasset: habi
 turū arbitraret̄ uelut certo iure possessum: ægyptū petere decreuit utriqꝫ regi hostis:
 & semp̄ ex ancipiti mutatione tēporum p̄dens: hortatusqꝫ milites ad sp̄e tantæ rei do
 cet Satacē prætorē ægypti cecidisse in acie: p̄sarum p̄sidium & sine duce eē & inuali
 dum. Aegyptios semp̄ p̄toribus eorum inensos pro sociis ipsos non p̄ hostibus æsti
 maturos. Omnia experiri necessitas cogebat: quippe cū primas spes fortuna destituit
 futura p̄sentibus uidēt̄ eē potiora. Igitur conclamant duceret: quo uideret̄. Atqꝫ ille
 utēdum animis dum spe carēt ratus: ad pelusii ostium penetrat: simulās a Dario le
 esse p̄missum. Poritus ergo pelusii Memphin copias p̄mouit: ad cuius famā ægyptiū
 uana gēs & nouādis aquā gerendis aptior rebus ex suis quisqꝫ uicis urbibusqꝫ: ad hoc
 ipsum concurrūt ad delēda p̄sidia p̄sarum qui territi tamē sp̄e obtinēdi ægyptum nō
 amiserat. Sed eos Amyntas p̄lio superatos in urbem compellit: castrisqꝫ positus uictō
 res ad populandos agros eduxit: ac uelut in medio positis diis hostium cuncta agebā
 tur. Itaqꝫ Mazeces quāquā infœlicī prælio suorum animos territos esse cognouerat:
 tamē palantes & uictoriæ fiducia incautos ostentans perpulit: ne dubitarent ex urbe
 erumpere: & res amissas recupetare. Id consiliū non ratione prudētius: quam euentu
 fœlicius fuit. Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has p̄enas amyntas utriqꝫ
 regi dedit: nihilo magis ei: ad quē transfugerat: fidus: q̄ illi quæ deseruerat. Dariū p̄
 tores: qui prælio apud Vsson superfuerant: cum omni manu: quæ fugientes secuta
 erat: assumpta etiā cappadocum & paphlagonum iuuentute lydiam recuperare
 temptabant. Antigonus prætor alexandri lydiæ præerat: qui quanquā plerosqꝫ mi

Abdolo
 minus
 rex costi
 tuitur.

Nihil ha
 bēti nihil
 defuit
 Amyntæ
 fuga.

Amyntæ
 mors.

litum ex p̄sidiis ad regem dimiserat: tamē barbaris sp̄retis in aciem suos eduxit. Eadē illuc quoq; fortuna p̄lium fuit: tribus p̄liis alia atq; alia regione commissis p̄æ fundūtur. Eodē tēpore classis Macedonum ex gr̄acia accita Aristomenē: qui ad helleſpontioram recuperandam a Dario erat missus: captis eius aut euerſis nauibus ſupat: a m̄leſiis deinde Pharnabazus p̄fectus perlicæ classis pecunia exacta: & p̄ſidio in urbem Chium introducto centum nauibus andrum: & inde Syphenum petiit: is quoq; inſulas p̄ſidiis occupat: pecunia mulctat. Magnitudo belli quod ab opulentissimis Europæ Asiæq; rebus in spem totius orbis occupandī gerebatur: gr̄aciæ quoq; & cretæ arma commouerat. Agis lacedæmoniorum rex octo milibus gr̄acorum: qui ex Cilicia profugi domos repetierant contractis bellum antipatro macedoniæ p̄fecto molebatur. Cretēſes has aut illas partes secuti nunc spartanorum: nunc macedonū p̄ſidiis occupabantur. Sed leuiora inter illos fuere discrimina: unum certamē ex quo cætera p̄debant: intuentē fortuna. Iam tota Siria iam phœnicēs quoq; excepta tyro macedonum erant: habebatq; rex castra in continētī a quo urbē angustum fretum dirimit. Tyrus & claritate & magnitudine ante omnes urbes Syriæ phœnicisq; memorabilis: facilius societatē alexandri acceptura uidebatur quam imperium. Coronam igitur auream legati donum afferebant: com meatuſq; large & hospitaliter ex oppido adduxerant. Ille dona ut ab amicis accipi iussit: benigneq; legatos allocutus herculi: quē p̄cipue Tyri colerent: sacrificare uelle se dixit. Macedonum reges credere ab illo deo ipſo genus ducere: se uero ut id faceret ēt oraculo monitum legati respondēt esse templum herculis extra urbem in ea sedem quam paletron ipſi uocant. Ibi regē deo sacrum rite facturum. Non tenuit iram alexander: cuius alioquin potēs nō erat. Itaq; uos quidē inquit fiducia loci: quod inſulam incolitis: pedestrē hunc exercitum spernitis: se breuī ostēdam in cōtinētī uos eē. Proinde sciatis me licet aut intraturum urbem: aut oppugnaturum. Cum hoc responſo dimissos monere amici cœperūt: ut regem: quem Syria: quem phœnix recepisset: ipſi quoq; urbem intrare paterētur. At illi loco satis ſiſi obſidionē ferre decreuerunt: nāq; urbem a continētī quattuor stadiorū fretum diuidit aphricō maxime obiectum: crebros ex alto fluctus in litus euoluens: nec accipiēdo operi: quo macedones continētī inſulam iungere parabant: quicquam magis quam ille uentus obſtabat: quippe uix leni: & tranquillo mari molles agi poſſunt. Aphricus uero prima quæq; congesta pulſu illiſa mari ſubruit: nec ulla tam firma molles est: quam non excedāt unde: & per enixus operum manātes: & ubi acrior flatus extitit ſummi operis ſaſtigio ſuperfuſæ: Præter hāc difficultatem haud minor alia erat: muros turreſq; urbis p̄altum mare ambiēbat. Non tormenta niſi e nauibus procul excuſſa emitti: non ſcalæ mœnibus applicari poterant. Præceps in ſulum murus pedestre interceperat iter naues nec habebat rex: & ſi admouisset: pendētes & inſtabiles miſſilibus arceri poterant. Inter quæ haud parua dictu res Tyriorū fiducia accendit. Carthaginēſium legati ad celebrādum anniuersarium sacrum more patrio tunc uenerant: quippe Carthaginē tyrii condiderūt: ſemp̄ parentū loco culti: hortari ergo pœni ceperūt ut obſidionē forti animo paterentur: breuī Carthagine auxilia uentura: nāq; ea tēpeſtate magna ex parte punicis classibus maria obſidebant. Igit̄ bello decreto p̄ muros turreſq; tormēta diſponūt: arma iunioribus diuidūt: opificesq; quorū copia urbs abūdabat: in officinas diſtribuūt. Omnia belli apparatus ſtrepūt: ferreæ quoq; manus harpagonas uocant: quas operibus hostium iniicerent: coruicq; & alia tuēdis urbibus excogitata p̄parabant. Sed cum fornacibus ferrum: quod ex

Causa
belli iter
Tyrios
& alexan
drum

Harpa
gones

cudi oportebet: impositum esset ad motisq; follibus ignem flatu acenderet: sanguinis
 Sanguinis riu sub ipsis flammis extitisse dicuntur: idq; omen in Macedonum metu uerterunt Tyrii.
 riu sub Apud macedonas quoq; cum forte panem quidam militum frangeret: manantis sanguinis
 flammis ap- nis guttas norauerunt. Territoq; rege Aristander peritissimus uatum respondit: si ex-
 paruere. trinsecus cruor fluxisset. Macedonibus id triste futurum. Contra: cum ab interiore par-
 te manauerit: urbi quam obsidere destinaissent: exitum portedere. Alexander cum & clas-
 Legati sem procul haberet: & longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento uideret
 Alexandri fore: caduceatores: qui ad pacem eos compellerent: misit quos tyrii contra ius gentium
 a tyriis occisi precipitauerunt in altum. Atq; ille suorum iam indigna nece commotus: urbem obli-
 dere statuit. Sed ante iacienda moles erat: quae urbem continenti committeret. Ingens
 ergo animos militum desperatio incessit: cernentium profundum mare: quod uix diuina
 ope posset impleri: quae saxa tam uasta: quas tam proceras arbores posse reperiri: ex-
 hauriendas esse regiones: ut illud spatium aggeretur: & aestuare semper fretum quoq;
 arctius uolueretur inter insulam & continentem hoc acrius furere. At ille haudquaquam
 rudis pertractandi militares animos specie sibi herculis in somno oblata esse pronun-
 tiat dextram porrigentis: illo duce: illo aperiente in urbem intrare se uisum. Inter haec ca-
 duceatores interfectos: gentium iura uiolata referebat. Vnam esse urbem: que cursum
 Tyrum con- uictoris morari ausa esset. Ducibus deinde negotium datur: ut suos quisq; castigeret: sa-
 tinem com- tisq; omnibus stimulis opus orsus est. Magna uis saxorum ad manum erat tyro uetere
 mittent or- pbente: materies ex lybano monte ratibus & turribus faciendis uehebatur. Iamq; a
 sus est alex- fundo maris in altitudinem montis opus excreuerat: nondum tamen aquae fastigium aqua-
 xander. bat: cum tyrii paruus nauigiis ad motis per ludibrium exprobrabant. Illos armis incly-
 tos dorso sicut iumenta onera gestare interrogabant etiam num maior neptuno esset
 alexander. Haec ipsa insectatio alacritatem militum accendit. Iamq; paulum moles aquae
 eminebat: & simul aggeris latitudo crescebat: urbiq; admouebatur: tum tyrii magni-
 tudine molis: cuius incrementum eos ante fefellerat: conspecta leuibus nauigiis nondum
 commissum opus circumire coeperunt: missilibus eos quoq;. Qui propere stabant: inces-
 sere multis ergo impune uulneratis: cum & remouere & appellere scaphas inexpedito
 non esset: ad curam semetipsos tuendi ab opere conuerterant: & quo longius moles
 agebatur a littore: hoc magis quicquid igerebatur: praetulum absorbebat mare. Igitur
 ex iumentis coria uelaeq; iussit obtendi: ut extra talem iactum essent: duasq; turres ex ca-
 pite molis erexit: e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Contra tyrii nau-
 uigia procul a conspectu hostium littori appellunt: expositisq; militibus eos: qui saxa ge-
 stabant: obrucant. In lybano quoq; arabum agrestes in compositos macedonas aggressi
 triginta fere interficiunt: paucioribus captis. Ea res alexandrum diuidere copias coegit.
 Et ne segniter assidere uni urbi uideret: operi perdicam Crateronq; praefecit: ipse cum
 Alexander expedita manu Arabiam petiit. Inter haec tyrii nauem magnitudine eximia saxis ha-
 arabiam renaq; puppi oneratam: ita ut multum prona emineret: bitumine ac sulphure illatam
 petit. remis concitare ruunt: & cum magnam uim uenti uela quoq; concepissent: celeriter
 ad molem successit. Tunc prora eius accesa remiges desiliere in scaphas: quae ac hoc
 ipsum praeparatae sequebantur. Nauis autem igne concepto latius fundere incendium
 coepit: quod priusquam posset occurrere: turres & cetera opera in capite molis posita
 comprehendit. At qui desilierant in parua nauigia: faces & quicquid alendo igni aptum
 erat in eadem opera ingerunt. Iamq; non modo macedonum turres: sed etiam summa ta-
 bulata conceperant ignem: cum ii: qui in turribuserant: partim haurirent incendio:

partim armis omiſſis in mare ſemetipſi imiterent. At tyrii: qui capere eos: q̄ interficere mallerent: natantium manus ſtipitibus ſaxiſq; lacerabant: donec debilitati ipſe nauigiis excipi poſſent: nec incendio ſolū op̄era conſumpta: ſed forte eodē die uehemētiſſior uentus totum ex profundo maris illiſit in molē: crebriſq; fluctibus cōpages op̄eris uerberata laxauere: ſaxaq; interfluens unda medium opus rupit. Prorutus igit lapidum cumulis: quibus iniecta terra ſubſtinebatur: præceps in profundū ruit: tãteq; molis uix ulla ueſtigia inuenit. Arabia rediēs alexander hoc: quod in aduerſis rebus ſolet fieri: alius in alium culpam referebat: cū oēs uerius de ſæuitia maris quæri poſſent. Rex noui op̄eris molē orſus in aduerſum uentū non latere: ſed recta fronte direxit: quod cætera op̄era uelut ſub ipſo latētia tuebatur. Latitudinem quoq; aggeri adiecit: ut turres in medio erectæ procul tæli iactu abeſſent. Totas aut arbores cū ingentibus ramis in altum iaciebant: dein de ſaxis onerabant: rurfus cumulo eorū alias arbores iniiciebant. Tum humus aggerēbat: ſuper quæ alia ſtruce ſaxorū arborūq; cumulata uelut quodam nexu continens opus iunxerat. Nec tyrii quicquid ad impedienda molē excogitari poterat ſegniter exequēbantur. Præcipuū auxiliū erat: qui procul hoſtium conſpectu ſubibant aquam: occultoq; lapſu ad molē uſq; penetrabant: ſacilibus palmites arborū eminentiū ad ſe trahentes: quæ ubi ſecuræ erant: pluraq; ſecum in profundū dabant: tum leuatos onere ſtipites troncoſq; arborum haud a gre moliebantur. Deinde totum opus: quod ſtipitibus fuerat innixum: fundamento lapſo ſequēbat. Ergo alexandro: ne perſeueraret: an abiret: ſatis incerto: classiſ cypro aduenit. Eodēq; tēpore Cleander cum græcis militibus in Aſiam nuper adductis centum & octoginta nauium in duo diuidit cornua. Leuum Pythagoras rex Cypriorū cum Cratero tuebat. Alexandrū in dextero quinqueremis regia uehebat. Nec tyrii: quāquam claſſem habebant: auſi nauale iniere certamē: triremes oēs ante ipſa mœnia opoſuerunt: quibus rex inuectus ipſas demerſit. Poſtera die claſſe ad mœnia admota undiq; tormētis & maxime arietum pulſu muros quatit: quos tyrii raptim obſtructis ſaxis refecerunt: interiorē quoq; murū ut prior ſefelliſſet: illo ſe tuerent undiq; orſi: ſed undiq; uis mali urgebat: moles inter tæli iactum erat: claſſis mœnia circuibat terreſtri ſimul naualiq; clade obruebant: quippe binas quadriremes macedones inter ſe ita iunxerant: ut proræ cohærerēt: puppes interuallo: quantū capere poterant: diſtarent: hoc puppiū interuallū antenniſq; ualidis diligatis: ſuperq; eos pontibus ſtratis: qui militē ſubſtiterēt: impleuerant: ſic inſtructas quadriremes ad urbem agebant: inde miſſilia in propugnantes ingerebant tuto: quia proris miles tegebatur. Media nox erat: cum claſſem: ſicuti dictū eſt: paratam circuire urbē iubet: iamq; naues urbi undiq; admouebant: & tyrii deſperatione torpebat: cum ſubito ſpiſſæ nubes intēdere ſe cælo & quicquid lucis intermittebat: effuſa caligine extinctū ē. Tum inhorreſcēs mare paulatim leuare deinde acrius uēto concitatū fluctus ciere: & inter ſe nauigia collidere. Iamq; ſcindi cœperant uincula: quibus connexe quadriremes erant ruereq; tabulata: & cum ingenti fragore in profundū ſecum milites trahere. Neq; n. conſerta nauigia ulla ope in turbido regi poterant. Miles miniſteria nautarum: remiges militis officia turbabāt: & quod in huiuſmodi calu accidit: periti ignaris parebāt: quippe gubernatores alias imperare ſoliti: tum metu mortis iuſſa exequēbant. Tandem remis pertinacius euerberatum mare: uelut eripientibus nauigia claſſicis ceſſit appuſſaq; ſunt littori lacerata pleraq;. liſdem diebus forte Carthaginenſium legati. xxx. ſuperueniunt: magis obſeſſis ſolatium quam auxiliū quippe domeſtico bello

Arabia
rediit alexander.

Classis
alexandri

Naues
urbi ad-
mouebantur.

pœnos impediri: nec de imperiis: sed pro salute dimicare nunciabant. Syracusani tunc
 aphyricam urebant: sed haud procul Carthaginis muris locauerant castra. Non tamē
 defecere animis tyrii: quāquam ab ingenti spe destituti erant: sed coniuges liberosq;
 deuehēdos Carthaginem tradiderunt fortius quicquid accideret laturi: si charissimā
 sui partem extra communis periculi sortem habuissent. Cumq; unus e ciuibus con-
 cione indicasset: oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis: quem eximia reli-
 gione colerent: urbem deferentis: molēq; a Macedonibus iactam in salo in siluestre
 saltum eē mutatam: quāquam auctor leuis erat. Tamē ad deteriora credenda proni
 metu aurea cathæna deuinxere simulacrum: araq; Herculis: cuius numini urbē di-
 cauerant: inseruere uinculum: quasi illo deo Apollinem retenturi. Syraculis id simu-
 lacrum deuexerant pœni: & in maiore locauerant patria multisq; aliis spoliis urbium
 a semet captarum non Carthaginem magisquam tyrum ornauerunt. Sacrum quoq;
 quod equidem diis minime cordi esse crediderim: multis sæculis intermissum repetē
 Ingenus⁹ res auctores quidam erant: ut ingenuus puer Saturno imolaretur: quod sacrilegium
 puer Sa- uerius quam sacrum Carthaginenses a conditoribus traditum usq; ad excidium ur-
 turno im bis luæ fecisse dicuntur: ac nisi seniores obstitissent: quoꝝ consilio cuncta agebant:
 molabat humanitatē dira supstitutio uicisset. Cæterum efficacior omni arte necessitas non uilli-
 Neceffi- tata modo præsidia: sed quædam etiā noua admouit. Nāq; ad implicanda nauigia
 tas effica que muros subibant: ualidis asseribus coruos & ferreas manus cum uncis ac falcibus
 cior om- illigauerant: ut cum tormēto asseres promouissent: subito laxatis funibus iniicerent.
 ni arte. Vnci quoq; falces ex iisdē asseribus dependentes aut propugnatores: aut ipsa nauig-
 gia lacerabant. Clypeos uero æneos multo igne torrebant: quos repletos feruida ha-
 rena cœnoq; decocto muris subito deuoluebāt: nec ulla pestis magis timebat: quip-
 pe ubi loricā corpusq; feruēs harena penetrauerat: nec ulla uī executi poterat: & quic-
 quid attigerat: perurebat. iacentesq; arma laceratis omnibus quis protegi poterant:
 uulneribus multis patebant: corui uero & ferreæ manus tormentis emissæ plærosq;
 rapiabant. His rex fatigatus statuerat soluta obsidione ægyptum petere quippe cū
 Asiam ingenti celeritate percurrisset: circa muros unius urbis hærebat: tot maxima-
 rum rerum opportunitate dimissa. Cæterq; tam discedere irritū quā morari pudebat.
 Bellua Famam quoq; qua plura quam armis euerterat: latus leuiorē fore: si tyrum quasi te-
 inusitata⁹ stem se posse uinci reliquisset. Igitur ne quid inexpertū omitteret: plures naues ad-
 magnitu moueri iubet delectosq; militum imponi. Et forte bællua inusitata⁹ magnitudinis sup-
 dinis uisa iplos fluctus dorso eminens ad molem: quā macedones iecerant: ingens corpus ap-
 plicuit: diuerberatisq; fluctibus alleuans semet utrinq; cōspecta est. Deinde capite mo-
 lis rursus alto se imersit: ac modo super undas eminens magna sui parte modo super-
 fusis fluctibus condita: haud procul munimētis urbis emerit. Vtrisque latus fuit bel-
 luæ aspectus. Macedones iter iaciendo operi monstrasse eam augurabantur. Tyrii
 neptunnum occupati maris uindicem arripuisse bælluam ac molem breui profecto
 Prælium ruituram: latiq; omine eo ad epulas dilapsi onerauerunt se uino: quo graues orto solena
 cōmittit uigia conscendunt redimita coronis floribusq;: adeo uictoriæ non omen modo: sed
 etiam gratulationem perceperant. Forte rex classem in diuersam partem agi iusserat.
 xxx. minoribus nauigiis relictis in littore: e quibus tyrii duobus captis: cætera ingenti
 terruerant metu: donec suorum clamore audito alexander classem littori: a quo fremitus
 acciderat: admouit. Prima a macedonū nauibus qui queremis uelocitate iter cæteras
 emines occurrit: quā ut cōspexere tyrii: duæ e diuerso i latera eius iuectæ sūt i quarū

alteram quinqueremis eadem concitata & ipsa rostro icta est: & illam inuicem tenuit
 lamq; ea: quæ non cohærebat: libero ipetu euecta in aliud quinqueremis latus iuehe
 batur: cū opportunitate mira triremis e classe Alexandri in eam ipsam: qua quinque
 remis iminebat: tanta ui impulsa est: ut tyrius gubernator ī mare excutere e puppi.
 Plures deinde Macedonū naues superueniunt: & rex quoq; aderat: cū tyrii in hibetes
 remis ægre euellere nauē quæ hærebat: portumq; omnia simul nauigia repetunt. Cō
 festim rex insecutus portū quidē intrare non potuit: cū procul e muris missilibus sub
 moueret. Naues autē omnes fere aut demersit: aut coepit. Biduo deinde ad quietæ da
 to militibus iussisq; & classē & machinas pariter admouere: ut utrinq; territis insta
 ret ipse in altissimā turrīm ascendit ingenti animo periculo maiore: quippe regio insi
 gni & armis fulgentibus conspicuus unus præcipue tælis petebat: & digna prorsus
 spectaculo edidit: multos e muris propugnatores hasta transfixit: quosdā etiā cōmi
 nus gladio clypeoq; ipsos precipitauit: quippe turris ex qua dimicabat: muris hostiū
 propemodū cohærebat. lamq; crebris arietibus saxoz; compage laxata munimēta de
 fecerant: & classis intrauerat portū: & quidā macedonū in turres hostiū deserras eua
 serant: cum tyrii tot simul malis uicti alii supplices in templa confugiunt: alii foribus
 ædium obseratis occupant libez; mortis arbitriū: nōnulli ruunt in hostē haud inulte
 tamen perituri. Magna pars sūma tectorz; obtinebat saxa: & quicquid manibus fors
 dederat ingerentes subeuntibus. Alexander exceptis: qui in tēpla confugerāt: omnes
 interfici: ignemq; tectis iniici iubet: his p præcones pronuntiatis nemo tamē armatus
 opem a diis petere sustinuit. Pueri uirginesq; templa compleuerant: uiri in uestibu
 lo suaz; quicq; ædium stabant: parata sæuientibus turba. Multis tamē saluti fuere Sy
 donii: qui intra Macedonū præsidia erant in urbē quidē inter uictores intrauerāt: sed
 cognationis cū tyriis memores: quippe utranq; urbē agenorem condidisse credebāt:
 multos tyrioz; etiam protegentes ad sua perduxere nauigia: quibus occultatis sydoā
 uecti sunt. xv. milia hoc furto subducta sæuiciæ sunt: q̄tumq; sanguinis fufum sit: uel
 ex hoc existimari potest: quod intra munimēta urbis. vi. milia armatorum trucidata
 sunt. Triste deinde spectaculū uictoribus ira præbuit regis. ii. milia in quibus occidē
 Ira alexā
 di defecerat rabies: crucibus affixi per ingens littoris spatium pependerunt. Carthagi
 dri.
 nensiu legatis pepercit: addita denuntiatione belli: quod præsentium rez; necessitas
 moraret. Tyrus septimo mense: quā oppugnari cœpta erat capta est. Vrbs & uetu
 Tyrus
 state originis: & crebra fortunæ uarietate ad memoriā posteritatis insignis: cōndita ab ageno
 ab agenore: diu mare non uicinum modo: sed quodcunq; classes eius adierunt: ditio
 re cōdita
 nis suæ fecit: & ut famæ libet credere: hæc gens litteras prima aut docuit: aut didicit.
 Colonia certæ eius pœnæ orbe toto diffusæ sunt. Carthago in Aphrica: i Boetia The
 Litteraz;
 bæ: Gades ad oceanum: credo libero cōmeantes mari: sæpiusq; adeundo cæteris inco
 inuento
 gnitas terras elegisse sedes iuuentuti: qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus res.
 Tyri co
 terræ (nā hoc quoq; tradit) cultores eius fatigati: nouā & eterna domicilia armis sibi
 Tyri co
 met querere cogebat. Multis ergo casibus defuncta: & post excidiū renata: nunc ta
 loniæ.
 men lōga pace cuncta refouēte sub tutela romanæ māsuetudinis acquiescit. Iisdē fer
 Darii lit
 me diebus Darii litteræ allatæ sunt tandem ut regi scriptæ. Petebat uti filiam suā (Sa
 Darii lit
 tipnæ erat nomen) nuptiis Alexander sibi adiungeret. Dotem fore oēm regionem in
 teræ alla
 ter hellepontum & Alyn amnem sitam: inde orientem spectantibus terris contētum tā
 Alexā
 Si forte dubitaret quod offerretur accipere: nūq; diu eodem uestigio stare fortunam dro.
 semperque homines quantācunq; fœlicitatem habeant: inuidiam tamen sentire ma

iorem. Vereri se ne auium modo: quas naturalis leuitas ageret: ad sydera iani ac pue-
 rili mentis affectu efferret. Nihil difficilius esse: q̄ in illa ætate tantā capere fortunam
 multas se adhuc reliquias habere: nec semper in angustiis posse depræhendi. Transe-
 undum esse Alexandro Euphratem: Tygrimq; & Araxem: & Hydaspe magna mu-
 nimenta regni sui. Veniendum i campos: ubi paucitate suoz erubescendum sit In me-
 diam: hyrcaniam: Bactra: & indos oceanī accolas: quando se aditur; Nesogianos: &
 Aracosios nomine cæterasq; gentes ad Caucasum: & Tanaim pertinētes. Senescēdū
 fore tātum terrarum uel sine prælio obeunti. Se uero ad ipsum uocare desineret: nāq;
 illius exitio se esse uerurum: alexāder his illis: qui litteras attulerāt: respōdit. Dariū si-
 bi aliena promittere: quod totum amiserat: uelle partiri. Doti sibi dari lydā: Ionidas
 Eolidem hellesponti oram uictoriæ suæ præmia: leges autem a uictoribus dici accipi
 a uictis. In utro statu ambo essent: si solus ignoraret: q̄ primum Marte decerneret: se
 quoq; cū transisset mare non Ciliciam: aut lydiam ignorare: quippe tanti bellī exiguā
 hanc esse mercedē: sed persepolim caput regni eius. Bactra deide & battaua ultimiq;
 orientis oram imperio suo destinasse: quocūq; ille fugere potuisset: ipsum sequi posse
 desineret terrere fluminibus: quem sciret maria trāsisse Reges quidē iuicem hæc scri-
 pserāt. Sed rhodiū urbem suam portusq; debebant alexandro. Ille Ciliciā Socrati tra-
 diderat. Philota regioni circa tyx iusso præsidere Syriam: quæ celle appellatur. An-
 dromacho parmenio tradiderat ab illo: quod supererat: iter facturum. Rex Ephesioe
 phoenicis oram classe præteruehi iusso: ad urbē gazam cū omnibus copiis uenit. Ili-
 dem fere diebus solēne erat: ludicū Isthmiorz: quod conuētū totius græciæ celebra-
 tum. In eo concilio: ut sunt græcorum temporalia ingenia decernunt: ut duodecim delega-
 rent ad regem: qui ob res pro salute græciæ ac libertate gestas coronā auream donū
 uictoriæ ferrēt. Iisdē paulo ante incertæ famæ captauerant auram: ut quocunq; pen-
 Loca i di dentes animus tulisset: fortunam sequerēt. Cæterz nō ipse modo rex obibat urbes im-
 tionē ale perii iugum adhuc recusantes: sed prætores quoq; ipsius egregii duces plaraq; inua-
 xādri re ferant. Chalas paphlagoniam. Antigonus lycaoniam. Balacrus Idarnæ prætorē Da-
 dacta. rii superato duo milia militum cœpit. Amphoterus & Egilogus centum sexaginta na-
 uium classe insulas inter Achaiam atq; in ditionem alexandri redegerunt. Tenendon
 quoq; hostium receptaculū incolis ultro uocantibus statuerant occupare. Sed phar-
 nabazus Darii prætor comprehensus: qui res ad macedonas trahebant: rursus Apol-
 lonidi & Athanagoræ suarum partium uiris urbem cum modico præsidio militū tra-
 didit. Præfecti Alexandri in obsidionem urbis perseuerabant: non tam suis uiribus: q̄
 ipsorum qui obsidebantur uoluntate: nec sefellit opinio: nanq; inter Apollonidem &
 duces militum orta seditio irrumpendi in urbem occasionem dedit. Cumq; porta ef-
 fracta cohors Macedonum intrasset: Oppidani olim consilio prodicionis agitato ag-
 gregant se Amphotero & Egilago: perfarumq; præsidio cæso Pharnabazus cū Apol-
 lonide & Athanagora uincti traduntur. xii. triremes cum suo milite ac remige: præter
 eas triginta naues & Pyratici lembi: græcorumque tria milia a persis mercede con-
 ducta. His in supplementum copiarum suarum distributis: pyraticisque supplicio
 Aristoni affectis: captiuos remiges adiecere classi suæ. Forte Aristonicus Medimeorum Ty-
 cus tyrā rannus cum pyraticis nauibus ignarus omnium: quæ ad Chium acta erant: pri-
 n^o capt^o ma uigilia ad portus claustra successit. Interrogatusque a custodibus quis esset. Ari-
 cum py- stonicum ad Pharnabazum uenire respondit. Illi Pharnabazum quidem iam quie-
 raticis. scere: & non posse tum adiri: cæterum patere socio atque hospiti portum: & poste-

ro die Pharnabazi copiam fore affirmant. Nec dubitauit Aristonicus primus intrare
 Secuti sunt ducem pyratici lembi: ac dum applicant nauigia crepidini portus: obi-
 icitur a uigilibus claustræ: & qui proximi excubabant: ab iisdem excitatur: nulloq; ex
 eis auso repugnare omnibus cathenæ iniectæ sunt. Amphotero deinde Egilogoq; tra-
 duntur. Hinc macedones transire Mithilenem: quam chares atheniensis nuper occu-
 param duorum milium persar; præsidio tenebat: sed cum obsidionē tollerare nō pos-
 set: urbe tradita pactus ut incolumi abire liceret. Imbrū petit: deditis Mæcedones pe-
 cerunt. Darius desperata pace: quam per litteras legatosq; ipetrari posse crediderat
 ad reparandas uires bellumq; impigre renouandum intendit animū. Duces ergo co-
 piarum Babyloniam conuenire. Bessum quoq; bactrianor; ducem per quā maximo
 posset exercitu coacto: descendere ad se iubet. Sunt autem bactriani inter illas gentes rat
 promptissimi horridis ingeniis multumq; a persar; luxu abhorrentibus situ haud p-
 cula Scythar; bellicosissima gente & rapto uiuere assueta: semperq; in armis erant.
 Sed Bessus suspecta perfidia haud sane æquo animo se continens gradu regem terre
 bat. Nam cum regnū affectaret proditio: qua sola id assequi poterat: timebatur. Cæ-
 ter; Alexander: quam regionē Darius petiisset: omni cura uestigans: tamen explorat
 non poterat more quodam persar; archana regum mira cælantium fide: non metus
 non spes elicit uocem: qua prodantur occulta: uetus disciplina regū silentiū uitæ per
 culo sanxit: & lingua grauius castigatur: quam ullū probrū: nec magnam rem magis
 sustinere possunt ab eo cui tacere graue sit: quod hominī facillimū uoluerit esse na-
 tura. Ob hanc cām alexander oīum: quæ apud hostē generētur: ignarus urbē gazam
 obsidebat. Præerat ei Bætis eximix in regē suū fidei: modicoq; p̄sidio muros ingentis
 operis tuebatur: alexāder æstimato loco; situ agi cuniculos iussit facili ac leui humo
 acceptante occultū opus: quippe multam harenam uicinum mare euomēs nec saxa
 cotesq; quæ interpolēt specus: obstabant. Igitur ab ea parte: quam oppidani conspi-
 cere non possent: opus orsus: ut ascēsu eius auerteret turres: muris admoueri iubet.
 Sed eadē humus admouēdis inutilis turribus desidēte sabulo agilitatem rotarū mo-
 ratur: & tabulata turriū perfringebat: multiq; uulnerabant impune: cum idē recipiē-
 dis: q; admouēdis turribus labor eos fatigaret. Ergo receptui signo dato: postero die
 muros corona circundari iussit. Ortoq; sole priusquam admoueret exercitum: opem
 deum exposcens sacrum patrio more faciebat. Forte præteruolans coruus glebā: quā
 unguibus ferebat: subito amisit: quæ cū regis capiti incidisset: resoluta defluxit. ipsa
 autem auis in proxima turre consedit. Illita erat turre bitumie ac sulphure: i qua aliis
 hærentibus frustra se alleuare conatus circumstantibus capitur digna res uisa: de ua-
 tes consulerentur: & erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander: cui
 maxima fides habebatur: urbis quidem excidium augurio illo portendi: cæterum pe-
 riculum esse inquit: ne Rex uulnus acciperet. Itaq; monuit: ne quid eo die inciperet.
 Ille quanquā unam urbem sibi: quominus secutus ægyptum intraret: obstare ægre fe-
 rebat: tamē paruū uati: signūq; receptui dedit. Hinc animus creuit obsessis: egressiq;
 porta recedentibus inferunt signa: cunctationem hostium fore suam occasionem ra-
 ti. Sed acrius quam constantius prælium inierunt: quippe ut macedonum signa cir-
 cumagi uidere: repente sistunt gradum. Iamq; ad regem præliantium clamor perue-
 nerat: cum denuntiati periculi haud sane memor: loricam tamen: quam raro indue-
 bat: amicis orantibus sumpsit: & ad prima signa peruenit. Quo conspecto Arabs
 quidam Darii miles maius fortuna sua facinus ausus: clypeo gladium tegens quasi

transfuga genibus regis aduoluitur. Ille assurgere supplicē recipiq; inter suos iussit at
gladio barbarus strenue in dextram translato ceruicē appetit regis: qui exigua corpo-
ris declinatione euitato ictu in uanū manū barbari lapsum amputat gladio denuntia-
to in illū diē periculo arbitrabatur ipse defunctus. Sed (ut opinor) ineuitabile est fatū
quippe dū inter primores prōptius dimicat: sagitta ictus est quā per loricā adactā stā-
tem in humero medicus eius Philippus euellit plurimus deinde sanguis manare cœ-
pit: omnibus territis: quia nunquā tā alte penetrasse telū lorica obstante cognouerāt.
Ipsē ne oris quidē colore mutato: suppressi sanguinem: & uulnus obligari iussit. Diu
ante ipsa signa uel dissimulato: uel uicto dolore præsiterat: cū suppressus paulo ante
sanguis medicamēto: quo retētus erat: manare latius cœpit: & uulnus (quod recēs ad
huc dolorē non mouerat) frigēte sanguine intumuit. Linq̄ deinde animo & submit-
ti genu cœpit: quē proximi exceptū in castra receperunt. Et Betis interfectū ratus ur-
bem ouans uictoria repetit. At Alexander nōdū procurato uulnere aggerē: quo mœ-
niū altitudinē æquare extruxit & pluribus cuniculis muros subruī iussit. Oppidani
ad pristinū fastigiū mœniū nouū extruxere munimentū: sed ne id quidē turres agge-
ri ipositas æquare poterat: itaq; interiora quoq; urbis infesta talis erāt. Vlīma pestis
urbis fuit cuniculo subrutus murus per cuius ruinas hostis intrauit. Ducebat ipse rex
ante signanos: & dum incautiū subit: saxo crus eius affligitur: innixus tamen tælo
nondū prioris uulneris obducta cicatrice inter primores dimicat: ira quoq; accensus
quod duo in obsidione urbis eius acceperat uulnera. Betim egregia edita pugna: mul-
tisq; uulneribus confectū deseruerant sui: nec tamen segnius præliū capestebat lu-
bricis armis suo pariter atq; hostiū sanguine. Sed cum undiq; tælis est circumductus:
insolenti gaudio iuuenis elatus alias uirtutes etiā in hoste miratur. Tunc inquit Ale-
xander: non ut uoluisti morieris Beti: sed quicquid tormentorū in captiuum inueniri
potest: passus esse te cogita: ille non interrito modo: sed contumaci quoq; uultu intu-
ens regē nullā ad minimas eius reddidit uocē. Tū alexander: uidetis ne obstinatū ad
tacendum inquit: num genu posuit: num supplicē uocem misit? Vincam tamē silen-
tium: & nihil aliud certe gemitu interpolabo: iram deinde uertit in rabiē: iam tum pe-
grinos ritus noua subeunte fortuna. Per talos. n. spirantis lora traiecta sunt: religa-
tumq; ad currū traxere circa urbē equi gloriante rege: achillem a quo genus ipse de-
duceret: imitatum se esse pœna in hostem capienda. Cecidere persarum arabūq; cir-
ca decem milia: nec macedonibus icruēta uictoria fuit. Obsidio certe nō tam clari-
tate urbis nobilitata est quam geminato periculo regis: qui ægyptum adire festinans
Amyntam cum decē triremibus in Macedoniam ad inquisitionem nouorū militū mi-
sit. Nanq; præliis etiam secundis atterebantur copiarū deuictarumq; gentium militū mi-
nor q̄ domestico fides habebatur. Aegyptii olim persarū opibus infensi: quippe aua-
re & superbe imperitatum sibi esse credebant: ad ipem aduentus eius erexerant ani-
mos: utpote qui Amyntam quoq; transfugam & cum precario imperio uenientē lati-
recepissent. Igitur ingens multitudo pelusium qua intraturus rex uidebatur: conuene-
rat. Atq; ille septimo die postea q̄ a Gaza copias mouerat: in regionem ægypti quam
nunc castra Alexandri uocant: peruenit. Deinde pedestribus copiis pelusium petere
iussis ipse cum expedita delectorum manu nilo amne uectus est: nec substituere ad-
uentū eius persarū: defectioe quoq; perterritū. lamq; haud procul memphi erat: in cui-
us p̄sidio Astaces prætor Darii relictus. Orion amne superato octuaginta talēta Ale-
xandro omnemq; regiam supellectilem tradidit. A memphi eodē flumine uectus ad

interiora aegypti penetrat: cōpositisq; reb⁹: ita ut nihil ex patrio aegyptiorū more mutaret: adire iouis hāmonis oraculū stauit. Iter expeditis quoq; & paucis uix tollerabit: le ingrediētū erat: terra cœloq; aquarū penuria est: steriles harenæ iacēt: quas ubi uapor solis accendit: feruido sole exurente uestigia intollerabis æstus exurit: luctandūq; est non tantū cū ardore & siccitate regionis: sed etiā cū tenacissimo sabulo: quod præ altū & uestigio cedens ægre inuoluit pedes. Hæc aegyptiū uero maiora iactabāt. Sed ingens cupido animū stimulat ad eundē Iouē: quē generis sui auctorē haud contentus mortali fastigio aut credebat esse: aut credi uolebat. Ergo cū iis: quos ducere secū statuerat: secundo amne descendit ad mareotū paludē. Eo legati cyrenensiuū dona attulere: pacē & ut adire: urbes suas petētes ille donis acceptis amicitiaq; confecta: destina exequi pergīt. Ac primo quidē & sequenti die tollerabilis labor uisus: nondū tam uastis nudisq; solitudinibus aditis: iā tamen sterili & emoriente terra. Sed ut aperuerit se cāpi alto obruit sabulo: haud secus quā profundū æquor ingressi: terrā oculis requirēbant. Nulla arbor: nullū culti soli occurrebat uestigiū. Aqua etiā defecerat: quā utribus cameli deuexerāt: & in arido solo ac feruido sabulo nulla erat. Ad hæc sol oīa incenderat: siccaq; & adusta erant omnia cū repēte siue illud deorū munus: siue casus fuit: obductæ cœlo nubes cōdidere solē: ingēs æstu fatigatis etiam: si aqua deficeret auxiliū. Eni uero ut largū quoq; hymbre excusserūt procellae: pro se quisq; excipere eū: qdā ob sitim ipotētes sui ore quoq; hianti captare cœperunt. Quatriduū p uastas solitudines absumptū est. Iāq; haud procul oraculi sede aberāt: cū cōplures corui agmini occurrūt: modico uolatu prima signa antecedētes: & modo humi residebant: cū lentius agmē icederet: modo se pēnis leuabāt antecedētiū iterq; mōstratiū ritu. Tādem ad sedē cōsecratā deo uētū ē. Incredibile dictu iter uastas solitudines: ita undiq; ambiētibus ramis uix ī dēsam umbrā cadēte sole contacta ē. Multiq; fontes dulcibus aquis passim manātibus aluūt siluas. Cœli quoq; mira tēperies: uerno tēpori maxime similis oēs anni partes pari salubritate percurrit. Accolæ sedis sunt ab oriēte proximi aethiopū ī meridie uersi arabes spectāt: trogloditis cognomē ē: horū regio usq; ad rubrū mare excurrit: at qua uergit occidētē: alii aethiopes colūt: quos Symuos uocāt: a septētrione Nasamones sunt gēs syrtica nauigio: spoliis quaestiuosa: q̄ppe obsidet littora: & æstu destituta nauigia notis sibi uadis occupāt: incolæ nemoris: quos hāmonios uocāt: displis tuguriis habitāt: mediū nemus pro arce habēt triplici muro circumdatū. Prima munitio tyrānorū ueterē regiam clausi: in proxima coniuges eorum cum liberis & pellicibus habitant: hīc quoq; deī oraculū est. Vltima munimenta satellitum armigerorumq; sedes erant. Est et aliud hāmonis nemus: ī medio habet fontem aquā folis uocāt: sub lucis ortum tepida manat. Medio die: cuius uahementissimus est calor: frigida eadem fluit: inclinato in uesperam calescit: media nocte feruida exæstuat: quoq; proprius nox uergit ad lucē: multū ex nocturno calore decrescit: donec sub ipsum diei ortū assueto tēpore lāguescat. Id q̄ pro deo colitur nō eadē effigiē habebat: q̄ uulgo diis artifices accōmodauerunt. Umbilico maxie similis est habitus smaragdo & gemis coagmēt⁹. Hūc cū respōsum petit nauigio aurato gestāt sacer dotes: cū multis argēteis pateris ab utroq; nauigii latere pēdēnb⁹. Sequūt matronæ uirginesq; patrio more icōditū quoddā carmē canētes: quo ppitiari iouē credunt: ut certū edat oraculū: at tū quidē regē propius ad eundē maximus natus sacerdotibus filium appellat: hoc nomen illi parentem iouē reddere affirmās. Ille se uero ait & accipere & cognoscere humanæ sortis oblitus: consuluit deinde an totius orbis imperiū

aegyptus
ditionis.
alexādrī
facta.
Iter ad iō
uis Hā
mōis ora
culum.

Corui an
tecedebāt
alexādꝝ.

Sedis lo
uis ham
monis de

scriptio
Troglō
ditæ

Ethiopes
Symui
Nasamo
nes

Nemus
hāmonis
Hāmoni
orum ha
bitatio.

Aliud ne
mus hā
monis

aqua so
lis.

Hāmōis
effigies.
Filius hā
mōis uo
catus ale
xander.

fatis sibi destinaret. Pater æque in adulationem compositus terrarum omnium rectorem fore ostendit. Post hæc institit quærere: an omnes parentis sui interfectores pœnas dedissent. Sacerdos parentem eius negat ullius scelere posse uiolari. Philippi aut omnes interfectores fuisse supplicia adiecit: inuictū fore donec excederet ad deos. Sacrificio deinde facto: dona & sacerdotibus & deo facta sunt: permissumq; amicis ut ipsi quoq; consulerent Iouem. Nihil amplius quæsiuerunt: quam an auctor esset sibi diuinis honoribus colendi suum regem. Hoc quoq; acceptum fore Ioui uates respōdit: ut ipsi uictores regem diuino honore colerent. Vera & salubri æstimatione fidē oraculi uana profecto respōsa uideri potuissent. Sed fortuna quos uni sibi credere coegit: magna ex parte auidos gloriæ magisquam capaces facit. Iouis igitur filiū se non solum appellari passus est: sed etiam iussit: rerumq; gestarū famam dum augere uult tali appellatione corrumpit. Et Macedones assueti quidem regio imperio: sed maiore libertatis umbra quam cæteræ gentes immortalitatē affectantem contumacius quā aut ipsis expediebat: aut regi tergiuersati sunt. Sed hæc suo quæq; tempore referentur. Nunc cætera exequi pergam. Alexander ab Hammone rediens ut a mari ad meo tim paludem haud procul insula pharo sitam uenit: contemplatus loci naturam primum in ipsa insula statuerat urbem nouam condere. Inde ut apparuit magnæ sedis insulam haud capacem: elegit urbi locum: ubi nunc est Alexandria: appellationem trahens ex nomine auctoris: complexus quicquid loci est inter paludem & mare octuaginta stadiorum muris ambitum destinat: & qui ædificandæ urbi præessent relictis. Memphim petit. Cupido haud iniusta quidem cæteræ intempestiua incefferat: non interiora modo ægypti: sed etiam æthiopiā inuisere. Memnonis titoniq; celebrata regia cognoscendæ uetustatis auidum trahebat pœne extra terminos solis. Sed immittens bellum: cuius multo maior superat moles: ociosæ peregrinationi tempora eximerat. Itaq; ægypto præfecit Esquilum Rhodium: & Peucestem macedonem: quatuor milibus militum in præsidium regionis eius datis claustra uili fluminis polymenem tueri iubet. xxx. ad hoc triremes datæ. Aphricæ deinde: quæ ægypto iuncta est: præpositus Apollonius: uectigalibus eiusdem Aphricæ ægyptiq; dæmens ex finitimis urbibus commigrare Alexandriam iussis: nouam urbem magna multitudine impleuit. Fama est: cum rex urbis futuris muris polentam: ut Macedonum mos est destinasset auium greges adulasse: & polenta esse pastas. Cumq; id omen pro tristia plærifq; esset acceptum: respondisse uates magnam illam urbem aduenarum frequentiam culturam: multisq; eam terris alimenta præbituram. Regem cum secundo amne deflueret: assequi cupiens Hector Parmenionis filius eximio ætatis flore in paucis Alexandro charus paruū nauigium conscendit: pluribus quam capere posset impositis. Itaq; mersa nauis omnes destituit. Hector diu flumini oblectatus: cum madens uestis & astricti crepidis pedes natare prohiberent: in ripam tamen semianimis euasit: & ut primum fatigatus spiritum laxauit: quem metus & periculum intenderrat: nullo adiuuante: quippe in diuersum euaserant alii: examinatus est. Rex amissus eius desiderio uæhementer afflictus est: repertumq; corpus magnifico extulit funere. Onerauit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi: quem præfecerat Syriæ uium Samaritæ cremauerant: ad cuius interitum uindicandum: quāta maxime celebritate potuit: contendit. Aduenientiq; sunt traditi tantæ cædis auctores. Andromacho deinde Mēnona substituit: affectis supplicio: qui prætorē interemerant. Tyrannositer eos Medimeorum Aristonicum: & Chrysolauum popularibus suis tradidit: quos

Alexandri
am condi
dit.

Auguriū
acceptū.

ille e muris ob iuirijs tortos necauerunt. Atheniensium deinde Rhodiorūq; & chi-
 orum legatos audit: Athenienses uictoriam gratulabantur: & ut captiui græcorū sui
 restituerentur: orabant. Rhodii & chii de praesidio querebantur: oēs ea quæ deside-
 re iussi impetrauerunt. Mythilenis quoq; ob egregiam in partes fidem & pecuniam:
 quam in bellum impenderant obsides: reddidit & magnam regionem finim adiecit
 Cypriorum quoq; regibus: qui & a Dario defecerant ad ipsum: & oppugnanti tyru
 miserant classem pro merito honos habitus est. Anphoterus deide classis praefectus
 ad liberandam cretam missus: nāq; & persarum & parthorum arbis pleraq; eius in-
 sulæ obsidebantur. Ante omnia mare a pyraticeis classibus uindicare iustus: quip-
 pe obnoxium praedonibus erat: bello utrinq; in regem conuerso. His compositis her-
 culi Tyrio ex auro crateram cum .xxx. pateris dicauit: imminensq; Dario iter ad Eu-
 phratem pronounciari iussit. At Darius cū aegypto diuertisse in aphricam hostē com-
 perisset: dubitauerat: utrum ne circa Mesopotamiā subsisteret: an anteriora regni
 sui peteret: haud dubie potentior auctor p̄sens futurus ultimis gentibus impigre bel-
 lum capescendi: quas ægre per p̄fectos suos moliebatur. Sed ut idoneis auctoribus
 fama uulgauit. Alexandrum cum omnibus copiis: quacūq; ipse adisset regionem pe-
 titurum: haud ignarus quam cum strenuo res esset: omnia longinquarum gentium
 auxilia Babyloniam contrahi iussit: bactriani scytaq; & inde conuenerant. Nam &
 cæterum gentium copiarum partibus simul affuerunt. Cæterū cum dimidio ferme ma-
 ior esset exercitus quam in Cilicia fuerat: multis arma deerant quæ summa cura com-
 parabantur. Equitibus equisq; tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se conne-
 xis. Quis antea præter iacula nihil dederat: scuta gladiiq; adiacebantur. Equorumq;
 domandi greges peditibus distributi sunt: ut maior pristino esset equitatus: ingen-
 s; ut crediderat terror hostium ducentæ falcatae quadrigæ unicum illarum gentiū au-
 xilium secutæ sunt. Ex summo temone hastæ p̄fixæ ferro eminebant. Vtrinq; a iugo
 ternos direxerant gladios: rotarum plura spicula eminebant in aduersum. Aliæ deide
 falces submissæ rotarum orbibus harebant: & aliæ in terram demissæ: quicquid ob-
 uium concitatis equis fuisset: amputare. Hoc modo instructo exercitu ac perarmato
 Babylone copias mouit. A parte dextera erat Tygris nobilis fluuius leuā tegebat Eu-
 phrates. Agmen Mesopotamiæ campos impleuerat. Tygri deinde superato cū au-
 disset haud procul abesse hostem. Satropacem equitum praefectum cum mille dile-
 ctis praemissit. Mazeo prætori sex milia data: quibus transitu amnis arceret. Eidē mā
 datum: ut regionem: quam alexander esset aditurus: popularetur atq; ureret: quippe
 credebat inopia debellari posse nihil habentem: nisi quod rapiendo occupasset. Ipsi
 autem com meatus alii terra: alii tygri amne subuehebatur. Iam peruenerat ad arbel-
 lam uicum nobilem sua clade facturus: hic com meatum sarcinarumq; maiore parte
 deposito lycum amne ponte iunxit: & per dies quicq; sicut ante euphratē traiecit exer-
 citum. Inde octogiuta fere stadia progressus ad alterum amne. Boum ello nomen est
 castra posuit. Opportuna explicandis copiis regio erat: equitabilis & uasta planicies Boumel-
 ne stirpes quidem & breuia uirgulta operiunt solum: liberq; profectus oculorum et lo flu.
 quæ procul recessere: permittitur. Itaq; si qua campi eminebant: iussit aquare: to-
 tumq; fastigium extendi. Alexandro: qui numerum capiarum eius: quantum conie-
 ctari poterant: estimabant: uix fecerūt fidem tot milibus caesis maiores copias esse re-
 paratas. Cæterum omnis periculi & maxime multitudinis contēptor. xi. castris pue-
 nit ad euphratem: quo pontibus iuncto equites primos ire: phalangem sequi iubet. stra.

Darii cō-
siliū.

Arma mi-
litū darii

Quadri-
gæ falca-
tæ. cc.

Arbella
uicus.

Locus
ubi loca-

Darii ca-

Mazeo: qui ad inibendū transitū eius cū sex milibus equitū occurrerat: non auso pī-
 culum sui facere: paucis deinde non ad quietē: sed ad reparādos animos diebus datis
 militi: strenue hostē insequi cōepit: metuens ne interiora regni sui peteret: sequēdusq;
 esset per loca omni solitudine atq; inopia uasta. Igitur quarto die p̄ter Arbellam pe-
 netrat ad tygrim. Tota regio ultra amnē recentī fumabat incendio: quippe Mazeus
 quecunq; adierat: haud secus quā hostis urebat. Ac primo caligine: quā fumus effu-
 derat: obscurante lucem insidiarū metu substitit. Deinde ut speculatores p̄missi: tuta
 omnia nunciauerunt: paucos equitū ad temptandū uadum fluminis p̄misit: cuius
 altitudo primo summa equorū pectora: mox ut in mediū alueum uentū est: ceruices
 quoq; equabat: ne scane alius ad orientis plagā tam uiolentus inuehit: multorū tor-
 rentium non aquas solum: sed etiam saxa secum trahēs. Itaq; a celeritate: qua defluit:
 Tygris tygri nomen est inditum: quia persica lingua tygrim sagittam appellāt. Igitur pedes
 flu. no. uelut diuisus i cornua circūdato equitatu: leuatis sup capita armis haud ægre ad ip̄m
 mē unde alueum penetrat. Primus inter pedites rex egressus in ripam uadum militibus manu
 deductū quando uox exaudiri non poterat ostendit: sed gradum firmare uix poterant cum
 est. mox saxa lubrica uestigium fallerent: modo rapidior uada subduceret. Præcipuus
 Tygrim erat labor eorū: qui humeris onera portabāt: quippe cum semetipsos regere non pos-
 traicit. sent: in rapidos gurgites incōmodo onere auferebat. Et dum sua q̄sq; spolia cōsequi
 Alexandri studet maior iter ipsos q̄ cū amne orta luctatio est: cumuliq; sarcinarū passim fluitan-
 exercitus tes plærosq; pculerāt. Rex monere ut satis haberēt arma retinere: cætera se redditurū:
 Sed neq; cōsiliū: neq; imperiū accipi poterat. Obstrepebat hinc metus: p̄ter hūc in-
 uicem mutantū mutuus clamor. Tandē quā leuiore tractu amnis aperit uadū emer-
 fere: nec quicquā p̄ter paucas sarcinas desideratū est. Deleri potuit exercitus: si qs au-
 lus esset uincere. Sed p̄petua fortuna regis auertit inde hostē. Sic Grānicum tot mili-
 bus equitū peditūq; in ulteriore stantibus ripa superauit: sic angustis in ciliciæ collī-
 bus tantā multitudinē hostiū. Audacia quoq; quā maxime uiguit: raro minui potest:
 quia nunquā in discrimē uenit. An temere fecisset Mazeus: qui si transeūtibus flumē
 supuenisset: haud dubie oppressurus fuit incompósitos in ripa: demū etiam p̄ arma-
 tos ad equitare cōepit. Mille admodū equites p̄miserat: quorū paucitate Alexander ex-
 plorata: deinde contēpta præfectum pœnorū equitū Aristona laxatis habēnis inuehi
 iussit. Insignis eo die pugna equitum & p̄cipue Aristonis fuit. Præfectum equitatus
 p̄sarū. Satropacē directa in gutture hasta trāssixit: fugiētēq; per medios hostes conse-
 cutus: ex equo p̄cipitauit: & obstanti caput gladio demplit: quod relatum magna cū
 laude ante regis pedes posuit. Biduo ibi rex statua habuit in proximū deinde iter p̄
 Luna de. nunciari iussit. Sed prima fere uigilia luna deficiēs primū nitorē syderis sui condidit.
 ficiens ni- Deinde sanguinis colore suffuso lumē omne scedauit: sollicitisq; sub ipsum tāti discri-
 torem cō- didit. minis casum ingēs religio & ex ea formido quædā incussa ē: diis inuitis in ultimas ter-
 De Sole ras se duci quærebant. Iam nec flumina posse adiri: nec sydera pristinū p̄stare fulgo-
 & Luna nem impēdi. Fastidio esse patriā: abdicari Philippū patrē: cœlū uanis cogitationibus
 idē refert petere. Iam pro seditione res erat: cū ad omnia interitus duces principesq; militū fre-
 Herodo- quentes adesse p̄torio iubet. Aegyptiosq; uates quos cœli ac syderū peritissimos esse
 tus. credebatur: quid sentirent: expromere iubet. At illi qui satis scirent temporū orbes imple-
 re destinatas uices: lunāq; deficere cū aut terram subiret: aut sole p̄meret rationē qui-
 dem ipsi p̄ceptam non edocent uulgus. Cæterum affirmant solem græcorū lunā esse

perfarū quotiēsq; illa deficiat: ruinā stragēq; illis gentibus portendī. Veteraq; exempla pcesent perfidis regum: quos aduersis diis pugnasse lunæ ostendisset defectio. Nulla res efficacius multitudinem regit quam supstitio: alioquin impotēs saua mutabilis. Vbi uana religione capta est: melius uatibus: q̄ ducibus suis paret. Igit̄ edita in uulgus ægyptiorū responsa: rursus ad spē & fiduciā erexere torpētēs. Rex impetu animorum utendum: ratus secūda uigilia castra mouit. Dextera tygrim habebat: a leuamontes: quos cordeos uocant. Hoc ingressu iter speculatores: qui p̄missi erāt: sub lucis ortum Dariū aduentare nuntiauerunt. Instructo igitur milite: & composito agmine: antecedebat. Sed parsq; exploratores erāt mille ferme: qui speciē agminis maligni fecerant: quippe ubi explorare uera nō possunt: falsa per metum augurant̄. His cognitis rex cū paucis suorum affecutus agmen refugientium ad suos: alios cecidit: alios coepit: equitesq; p̄misit simul speculatum: simul ut ignem: quo barbari cremauerant uicos: extinguerent: quippe fugientes raptim tectis acruisq; frumenti iniecerant flāmas: quæ cum in summo hæsisent ad inferiora nondū penetrauerant. Extincto igitur igne plurimū frumenti repertum est. Copia aliarū quoq; rerum abundare coeperunt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animū incendit: quippe urere & populante eo terram festinandum erat: ne incendio cuncta præriperet. In rationē ergo necessitas uersa: quippe mazeus: q̄ antea potium uicos incederat iam fugere cōtentus: plæraq; inuiolata hosti reliquit. Alexander haud longius centū quinquaginta stadiis Dariū abesse comperat. Itaq; ad facietatem quoq; copia com meatum instructus: quadruido in eodem loco substitit. Interceptæ deinde Darii litteræ sunt: quibus græci milites sollicitabant̄: ut regē interciperent: aut proderēt: dubitauitq; an eas cōcione recitaret: satis consilii græcorū quoq; erga se beniuolentiæ ac fidei. Sed & parmenio deterruit esse talibus promissis imbuēdas aures militum: affirmans patere uel unius insidiis regē: nihil nefas esse auaritiæ. Secutus consilii auctorem castra mouit. Iter facienti spado unus ex captiuis qui Darii uxorem comitabant̄: deficere eam nūtiat: & uix spiritum ducere. Itineris continui labore animiq; ægritudine fatigata inter focrus & uirginū filiarum manus collapsa erat: deinde & exincta. Id ipsum nūcians alius superuenit. Et rex haud secus: qua si parentis suæ mors nūtiata esset crebros edidit gemitus: lachrymisq; obortis quales Darius profudisset: in tabernaculum: in quo mater erat Darii defuncto assidens corpori uenit. Hic uero renouatus est mœror: ut prostratam humi uidit: recenti malo priorem quoq; admonita receperat in gremiū adultas uirgines magna quidē mutui doloris solatia: sed quibus ipsa deberet esse solatio. In conspectu erat nepos paruulus ob id ipsum miserabilis: quod nondū sentiebat calamitatem maximam ex parte ad ipsum redundantem. Crederes Alexandrum iter suas necessitates flere: & solatia non adhibere: sed quærere: cibo certe abstinuit: omnemq; honorem funeri patrio persarū more seruauit: dignus hercule: qui nunc quoq; tantum mansuetudinis & cōtinētiæ ferat fructum. Semel omnino eam uiderat: quo die capta est: nec ut ipsam: sed ut Darii matrē uideret: eximiamq; pulchritudinē formæ eius nō libidinis habuerant incitamentū: sed gloriæ. E spadonibus: qui circa reginam erant. Tyriotes inter trepidationem lugentium elapsus per eam portam: quæ quia ab hoste auersa erat: leuius custodiebatur ad Darii castra peruenit: exceptusq; a uigilibus in tabernaculum regis perducitur gemens & ueste lacerata: quem ut cōspexit Darius multiplici doloris expectatione commotus: & quid potissimum timeret: incertus. Vultus tuus inquit: nescio quod ingens malū præfert: sed caue miseri hoc

Superstitio multitudinem regit.
Cordei montes Darii aduentare nūtiatur.

Nihil nefas esse auaritiæ Vxor darii perit.

Alexandri mansuetudo.

Solatiū
calamita
tis est no
sce fortē
suam.
Quid da
rius nū
tiata uxo
ris morte

minis auribus parcas: didici enim esse infelix: & saepe calamitatis solatium est nosse fortem suam. Nūquid quod maxime suspicor: & loqui timeo: ludibria meorū nūtiaturus es mihi: ut credo ipsis quoque omni grauiora supplicio. Ad hæc tyriotes: istud quidem procul abest inquit. Quantuscūque enim reginis honor ab iis qui parent: haberi potest: tuis a uictore seruatus est: sed uxor tua paulo ante excessit e uita. Tū uero non gemitus modo: sed etiam eiulatus totis castris exaudiebantur: nec dubitauit Darius quin interfecta esset: quia nequisset cōtumeliam pati. Exclamatque amens dolore. Quod ego tantū nefas commisi Alexander: quem tuorum propinquorum necaui: ut hanc uicem sæuiciæ meæ reddas. Odisti me non quidem prouocatus: sed finge iustum intulisse te bellum. Cum sceminis ergo agere debueras. Tyriotes affirmare per deos patrios: nihil in eam grauius esse consultum. Ingemuisse etiam Alexandrū morti: & nō parcius fleuisse: quā ipse lachrymaretur. Ob hæc ipsi amantis animus in sollicitudinē suspicionemque reuolutus est: desiderium captiuæ profecto a consuetudine stupriorum esse coniectans. Submotis igitur arbitris: uno dūtaxat. Tyriote retento: iam nō flens sed suspirans: uides ne in te Tyriote locum mendacio non esse. Tormenta iam hic erunt: sed ne expectaueris per deos: si quid tibi tui regis reuerentia est: num quod & scire expecto: & quærere pudet: ausus est & dominus & iuuenis ille quæstioni corpus offerre: deos testes inuocare: caste sancteque habitam esse reginam. Tandem ut si des facta est: uera eē quæ affirmaret spado: capite uelato diu fleuit: manantibusque adhuc lachrymis ab ore reiecta ad cælum manus tendēs. Dii patrii: inquit: primū mihi stabilite regnum: deinde si de me iam transactum ē: præcor ne quis Asiæ rex sit: quā iste tam iustus hostis: tam misericors uictor. Itaque quā pace frustra bis petita omnia in bellum consilia conuerterat: uictus tamē continētia hostis ad nouas pacis conditiones ferēdas. x. legatos cognatorum principes misit: quos Alexander consilio aduocato introduci iussit: e quibus maximus natus Darium inquit: ut pacem a te iam hoc tertio peteret: nulla uis subegit: sed iusticia & continētia tua expressit. Matrem coniugem liberosque eius: nisi quod sine illo sunt: captos eē non sensit: pudicitia earum: quæ supersunt: curam haud secus quā parēs agēs: reginas appellas: specie pristinae fortunæ retinere poteris. Vultum tuū uideo: qualis Darii fuit: cū dimitteremur ab eo: & ille tamē uxorē: tu hostem luges. Iam in acie stares: nisi curate sepulturæ eius moraret. Et quid mirū est: si tam ab amico pacē petit. Quid opus ē armis: inter quos odia sublata sunt. Antea imperio tuo finem destinabat Alym amnem: qui lydiam terminat: nūc quicquid inter hellepontū & Euphratem est: in dotem filiaē offert: quam tibi tradit. Occhum filium: quem habes: pacis & fidei obsidem retine. Matrem & duas uirgines filias redde: pro tribus corporibus trigessimū talentum auri præcatur accipias. Nisi moderationem animi tui notam haberem: non dicerē hoc eē tempus: quo pacem non dare solū sed etiam occupare deberes. Respice quantum post te reliqueris: intuere quantum petas. Periculosum est prægraue imperium: difficile est continere: quod capere non possis. Vides ne ut nauigia: quæ modū excedūt: regi nequeant. Nescio an Darius ideo tam multa amiserit: quia nimia opes magnæ iacturæ locum faciunt. Facilius ē quædam uincere: quā tueri. Quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt quā continent. Ipsa mors uxorē Darii te admonere potest: minus iam misericordia tua licere quā licuit. Alexander legatis excedere tabernaculo iussis: quod placeret: ac cōsiliū refert. Diu nemo quod sentiret: ausus est dicere: incerta regis uolūtate. Tandē parmenio: ante suassim ait: ut captiuos apud damascū redimētibus redderes: ingentem pecuniam potuisse re-

Dari9. x.
Legatos
misit ad
alexandrū
Cōditio
nes pacis
oblatæ
alexandro

Facilius
ē uincere
quā tueri
parta.
Parmenionis
sentētia

digi ex iis: qui multi uincti uirorum fortium occupauerant manus. Et nūc magnope censerē: ut unam anum: & duas puellas itinerum agminumq; impedimenta triginta talētis aurī permutes. Opimū regnū occupare se posse conditione nō bello: nec quēquam aliū inter hystrum: & euphratē possedisset terras ingēri spacio interualloq; desertas. Macedoniam quoq; respiceret potius: quam bactra & indos intueret. Ingrata oratio regi fuit. Itaq; ut finē dicendi fecit. Et ego (inquit) si pecuniam quā gloriā mallem. Parmenio essem. Nūc Alexander de paupertate securus sum: & me non mercatorē meminī esse: sed regē. Nihil quidē habeo uenale: sed formā meā utiq; non uēdo: Captiuos si placet reddi: honestius dono dabimus: q̄ p̄cio remitemus. Introductis deinde legatis: ad hūc modū respondit. Nuntiare Dario gratiar; actionē apud hostē superuacaneā esse: & me: quā fecerim clementer & liberaliter non amicitia eius tribuisse: sed naturā meā: nec aduersus calamitates: sed aduersus hostiū uires contendere. Bellum cū captiuis & fœminis gerere non soleo. Armatus sit oportet: quē oderim. Quod si saltem pacē bona fide peteret: deliberarē forsitan an darē. Verū enim uero cū modo milites meos litteris ad proditiōnē: modo amicos ad perniciē meā pecuniā sollicitet: ad internicionē mihi persequendus est: non ut iustus hostis: sed ut p̄cussor ueneficus. Conditiones uero pacis: quas fertis: si accepero uictorē eum faciūt. Quā post euphratē sunt liberaliter donat. Vbi igit me affamini: nēpe oblitū estis: nā ultra Euphratē sum. Summū ergo dotis: quā promittit terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite: ut sciam uestrum esse quod creditis. Eadē libertate dat mihi filiā suam nempe quā scio alicui seruorū suorū nupturā. Multū uero mihi praestat si me Mazeo generū praepōnit. Ite nuntiate regi uestro & quā amisit & quā adhuc habet praemia esse belli. Hoc regente utriusq; terminos regni id quēq; habiturū quod proxime lucis assignatura fortuna est. Et me in asiam non uenisse ut ab aliis acciperē sed ut aliis darem. Si secundus & non par mihi uellet haberi: facerem forsitan: quā petit Cæterum nec mūdus duobus solibus potest regi: nec duo summa regna saluo statu terrarum potest habere. Proinde aut deditiōnē hodie: aut in castrum bellū parat: nec aliam libi: quam expertus est: polliceatur fortunam. Legati respondent cum bellum in animo sit: facere eū simpliciter: quod spe pacis non frustraretur: ipsos petere q̄ pri mum dimittantur ad regem: eum quoq; bellū parare debere. Dimisi nūciant adesse certamen. Ille quidem confestim Mazeum cum tribus milibus equitum ad itinera q̄ hostis petiturus erat: occupāda p̄misit. Alexāder corporis uxorīs eius iustis p̄solutis omniq; grauiore comitatu intra eadem munimenta cum modico praesidio relicto ad hostē contendit. Duo cornua dimerferat peditum in utrūq; latus equite circumdato: impedimēta sequebant agmē praemissum. Deinde cōcitis equitibus. Menidā iubet explorare: ubi Darius eēt. At ille cū Mazeus haud procul consedisset nō ausus ultra p̄cedere: nihil aliud q̄ fremitū hominū: hinnitūq; equor; exaudisse nuntiat. Mazeus quoq; cōspectis p̄cul exploratoribus in castra se recipit aduētus hostiū nūcians. Igit Darius: qui in parētibus cāpis decernere optabat armarī milite iubet: acieq; disponit In leuo cornu bactriani ibant equites mille admodū: dachæ uero totidē: & Aracosii Sueui quattuor milia explebāt. Hos centū falcati currus sequebant. Proximus quadrigis erat Bessus: cū. viii. milibus equitū. Itē bactrianis. Massagetæ. ii. milib; agmē eius clauderant: pedites plurimi his gentiū nō mixtas: sed suā quisq; nationis iunxerant copias. Persas deinde cū Marfis: Sidonisq; Ariobarzanes & Oriobates ducebāt Illi partibus copiar; summæ Orlines p̄erat a. vii. persis oriūdu. Ad Cyrū quoq; nobi

quid alexander respondit legatis darii.

Bellum utriusq; paratur.

Darius aciem disponit.

lissimū regē originē sui referēs: hos aliā gētes ne sociis satis quidē notae sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas bradates magno caspianorū agmīe antecedebat. Indi ceteriq; rubri maris accolae nomina uerius: q̄ auxilia post currus erant. Claudebat hoc agmē aliis falcatis curribus quinquaginta: q̄s pegrinū militē adiunxerat. Hūc armenii quos minores uocāt. Armenios babylonii: utrosq; bellitae & q̄ mōtes quosscorum incolūt: sequebant. Post hos ibant Gortuae gētes quidē Euboicae Medos quondam secuti: sed iam degeneres & patrii moris ignari. Applicuerat his phrygas & Cithaonas. Partorū deinde gens incolentium terras: quas nūc parthi Scythia p̄fecti tenēt claudebant agmē. Hāc sinistra cornu acies fuit dexterū tenebat natio maioris Armeniae: Cadusiq; Cappadoces: & Syrii: & medii: his quoq; falcati currus erant quinquaginta: summa totius exercitus equites. xly. milia pedestris acies. cc. milia expleuerat. Hoc modo instructi decē stadia p̄cedūt: iussiq; subsistere armati hostē expectabāt. Alexandri exercitū pauor: cuius causa nō suberat inualit: quippe lymphati trepidare cœperūt: omnium pectora occulto metu p̄currēte. Cœli fulgor tēpore æstiuo ardētī similis internitēs ignis p̄buit speciē: flāmalq; ex Darii castris splēdere uelut illati temere p̄sidiis credebāt. Quod si p̄cussis Mazeus: qui p̄sidebat: itineri supuenisset: ingens clades accipi potuit. Ille segnis in eo: quē occupauerat: tumulo sedet: contētus nō la cessi. Alexander cognito pauore exercitus signū ut consisterēt dari ipsos arma deponere: ac leuare corpora iubet admonēs nullā subiti causam eē timoris: hostē p̄cul stare. Tandē cōpotes sui pariter arma & animos receperē: nec quicq; ex p̄sentibus tutius uisum est: q̄ eodē loco castra munire. Postero die Mazeus cū delectis equitū inedito colle: ex quo macedonū p̄spiciebāt castra confederat: siue metu: siue q̄a speculari modo iussus erat ad Dariū rediit. Macedones eū ipm collē quē deseruerat occupauerūt nam & tutior planicie erat: & inde acies hostiū: quae in cāpo explicabant cōspici poterat. Sed caligo q̄ circa humidi effuderant montes uniuersam quidē rei faciē abstulit. Ceterū agminū discrimina atq; ordinē p̄hibuit p̄spici. Multitudo inūdauerat campos fremitusq; tot milium ēt p̄cul stantiū aures ipleuerat. Fluctuari aīo rex: & mō suū modo Parmenionis cōsiliū sera æstimatione p̄pendere: quippe eo uētum erat: unde recipi exercitus nisi uictor aut sine clade nō posset. Mouebat ēt eū multitudo hostium respectu paucitatis suae gētis. Sed interdū reputabat quātas res cū hac gēte gessisset: q̄tosq; populos fudisset. Itaq; cū spes metū uinceret: p̄culosius bellū disterre ratus: ne desperatio suis cresceret: dissimulato eo mercenariū eq̄tē ex peonia p̄cedere iubet. Ipse phalangē: sicut antea dictū ē: in duo cornua extēderat. Vtrūq; cornu eq̄tes tegebant. lamq; nitidior lux discussa caligine acie hostiū ostēderat. Et macedones siue alacritate: siue tedio expectationis ingentē pugnantiū more ædidere clamorē. Reddītus & a p̄sis nemora uallesq; circūiectas terribili sono ipleuerat. Nec iam cōtineri macedones poterāt: qn cursu quoq; ad hostē extenderēt. Melius adhuc ratus ī eodē tumulo castra munire: uallū iaci iussit. Strenueq; opere p̄fecto in tabernaculū: ex quo tota acies hostiū cōspiciebat secessit. Tum uero uniuersa discriminis facies in oculis erat armis insignibus equi uiriq; splēdebant: & omnia intēione cura p̄parari. Apud hostem sollicitudo p̄torum agmina sua inter equitantium ostēdebat: ac plæraq; inania sicut fremitus hominū equorū hinnitus armoꝝ internitētium fulgor sollicita expectatione mētem turbauerant. Igit̄ siue dubius animi: siue ut suos expiretur: cōsiliū adhibet: qd optimū factū esset exquirens. Parmenio peritissimus inter duces artium belli furto nō plio opus eē cēlebat: intēpesta nocte opprimi posse hostes discordes mo

Sūma to
 tius exer
 citus da
 rii.
 Pauor su
 bit exerci
 tū alexan
 dri.
 Cœli ful
 gor igne
 us appuit
 æstate.

Parmenio
 nis sua.

ribus linguis: ad hæc somno & iprouiso periculo territos: quoniam in nocturna trepidatione coituros. At interdum primū terribiles occurſuras facies ſcytharū Baſtrianorūq; hirta illis ora: & itonſas comas eſſe. Præterea eximiā ualſtorū magnitudinem corporū: uanis & inanibus militē magis quā iuſtis formidinis cauſis moueri: deinde tantā multitudinem circūfundi paucioribus poſſe. Non in Ciliciæ anguſtiis & iuiis callibus ſed in aperta & lata planicie dimicarēt. Oēs ferme Parmenioni aſſentiebāt. Polypercon haud dubie in eo conſilio poſitā uictoriā arbitrabat: quē ituens rex (nāq; Parmenionē nuper acrius quā uellet in crepitū rurlus caſtigare non ſuſtinebat) latrunculoꝝ: iquit: & furtū iſta ſolertia eſt: quā præcipitis mihi: quippe illoꝝ uotū unicū eſt fallere. Meæ uero gloriæ ſemp̄ aut abſentiā Darii: aut anguſtias locoꝝ aut fructū noctis obſtare nō patiar: palā luce aggredi certū eſt. Mallo me fortunæ pœniteat: quā uictoriæ pudeat. Ad hæc illud quoq; accedit uigilias agere barbaros: & in armis ſtare: ut ne decipi quidem poſſint: cōpertum habeo. Itaq; ad præliū uos parate. Sic incitatos ad corpora curāda dimiſit. Darius illud quod Parmenio ſuaſerat: hoſtē factū eſſe coniectās: frænatos equos ſtare: magnāq; exercitus partē in armis eſſe: ac uigilias intentiore cura ſeruari iuſſerat. Ergo ignibus tota eius caſtra fulgebant. Ipſe cū ducibus propinquisq; agmina in armis ſtantiū circuibat. Solē & Martē ſacrumq; & æternū iuocans ignē: ut illis dignā uetere gloria maiorēq; monumētis fortitudinē iſpirarēt: & profecto ſi qua diuinæ opis auguria humana mente conſpici poſſent deos ſtare ſecū: illos nuper macedonū animis ſubitā icuſſiſſe formidinē: adhuc lymphatos ferri agiq; arma iacientes. Expetere prælides per ſaxa: i perii deos debitas e uecordibus pœnas: nec ipſum ducē ſaniorē eſſe: quippe ritu feras: prædam modo quā expeteret ituentē in perniciē: quæ ante prædam poſita eſſet: icurrere. Similis apud Macedones quoq; ſollicitudo erat: noctēq; uelut in ea certamine edito metu egerūt. Alexāder nō alias magis territus: ad uota & p̄ces Ariſcandri uocari iubet. **Pauor Alexādrī** Ille in candida ueste uerbenas manu præferens capite uelato præibat: præces regis loque Mineruaq; uictoriā p̄pitiante. Tunc quidem ſacrificio rite p̄petrato: reliquū noctis acquieturus in tabernaculū rediit. Sed nec ſomnū capere: nec quietem pati poterat modo e iugo montis aciem in dexterum per ſaxa cornu dimittere agitabat: modo recta fronte concurrere hoſti: interdum hæſitare an potius in leuū torqueret agmen: tandē grauatum animi anxietate corpus altior ſomnus oppreſſit. Iamq; luce orta duces ad accipiēda imperta conuenerant in ſolito circa prætorii ſilētio attoniti: quippe alias accerſire ipſos & interdū morātes caſtigare aſſueuerat: tunc ne ultimo quodē reꝝ diſcrimine excitatū eſſe mirabant: & nō ſomno queſcere: ſed pauore marcere credebant: non tamē quā e cuſtodibus corporis intrare tabernaculū audebat: & iam tēpus inſtabat: nec miles in iuſſu ducis aut arma capere poterat: aut in ordines ire. Diu Parmenio cūctatus: cibum ut caperent: ipſe p̄nuntiat. Iamq; exire neceſſe erat: tūc demū intrat tabernaculum ſæpiusq; nomine cōpellatum cū uoce nō poſſet: tactu excitauit. Multa lux inquit eſt: inſtructā acie hoſtis admouit: tuus miles adhuc iermis expectat iſperium. Vbi eſt uigor ille animi tui: nempe excitare uigiles ſoles. Ad hæc Alexāder credis ne me prius ſomnū capere potuiſſe: quā exonerare animū ſollicitudine: quæ quietum morabatur: ſignumq; pugnæ tuba dari iuſſit: & cū in eadē admiratione Parmenio aſſeueraret: quod ſecurus ſomnū cœpiſſet: minime inquit: mirū eſt. Ego. n. cum Darius terras ureret: uicos excideret: alimenta corrumpere: potens mei non erā. Nunc uero quid metuā: cū acie decernere paret? Hercule uotum meū impleuit ſed huius quoq; cōſilii rō poſtea reddetur. Vos ite ad copias: quibus quicquid præeſt: ego iā adero: & quid fieri uelim: expo-

nã. Raro admodũ admonitu amicorũ: quĩ metu discriminis adeundum erat: ut sole-
 bat. Tunc quoq; munimento corporis sumpto processit ad milites. Haud alias tã ala-
 crem uiderant regẽ: & uultu eius interrito certã spem uictoriã augurabantur: atq; il-
 le prorupto uallo exire copias iubet: acieq; disponit. Inde dextero cornu locati sunt eq-
 ues quos agmina appellant. Præerat hic clytus: cui iunxit philotã turmas cæterosq; p-
 fectos equitũ lateris eius applicuit. Ultima Meleagri ala stabat: quã phalanx seque-
 batur. Post phalangẽ argyraspides erant. His Nicanor Parmenionis filius præerat: i-
 subsidiiis cum manu sua Cenos: post eũ Horestes lyncestaq;. Post illos Polypercon
 dux peregrini militis: huius agminis Amyntas princeps erat. Philagus balacros rege-
 bat in societate nuper ascitos: hæc dexteri cornu facies erat. In leuo Craterus pelopõ-
 nensiũ equites habebat: acheorũq; & locrensiũ & Maleon turmis sibi adiunctis: hos
 thessali equites claudebant Philippo duce: peditũ acies equitatu tegebatur: fons leui
 cornu hic erat. Sed ne circũiri posset a multitudine: ultimũ agmen ualida manu cixe-
 rat. Cornua quoq; subsidiis firmauit non recta fronte: sed a latere positis: ut si hostis
 circũuenire acie temptasset: parata pugna forent. Hic agriani erant: quibus Attalus
 præerat adiunctis sagittariis cretensibus: ultimos ordine auertit a fronte: ut totã acie
 orbe muniret. Illyrici hic erant: adiuncto milite mercede conducto. Thracas quoq; si-
 mul obiecerat leuiter armatos: adeoq; acie uersatile posuit: ut q; ultimi stabant: ne cir-
 cuirentur: uerti tamẽ & frontẽ circũagi possent. Itaq; nõ prima q; latera: nõ latera mu-
 nitiora fuere quã terga. His ita ordinatis præcipit: ut si falcatos currus cum fremitu
 barbari emitterent: ipsi laxatis ordinibus ipetum occurrentiũ silentio exciperet: haud
 dubius sine noxa trãscursuros: si nemo se opponeret. Sin autẽ sine fremitu imississent
 eos ipsi clamore terrerent: pauidosq; equos tãlis utrinq; suffoderent. Qui cornibus
 præerant extendere ea iussit: ita ut nec circũuenirent: si artius starent: nec tamen ulti-
 mã acie exinanirent. Impedimenta cũ captiuis: inter quos mater liberiq; Darii custo-
 diebant: haud procul ab acie in edito colle constituit: modico præsidio relicto. Leuũ
 cornu sicut alias Parmenioni tuendum datum. Ipse i dextro stabat. Nondum ad tãli
 iactum peruenerant: cum Bion quidam transfuga: quanto maximo cursu potuerat:
 ad regẽ puenit: nũtians murices ferreos i terram diffodisse Dariũ: quia hostem eq-
 tes emissurum esse credebat: notatumq; certo signo locum: ut fraus euitari a suis pos-
 set asseruari transfuga iussu duces conuocat: expositoq; quod nuntiatũ erat: monet:
 ut regionẽ monstratam declinent: equitẽq; periculum edoceant. Ceterũ hoc tandem
 exercitus exaudire non poterat: usum aurium intercipientem fremitu duorũ agminum
 Sed in conspectu oĩum duces & proximũ quemq; interequitans alloquebat. Emen-
 sis tot terras in spem uictoriã: de qua dimicandũ foret: hoc unum superesse discrimẽ
 Granicum hic ambem: Ciliciãq; montes: & Syriam: ægyptumq; præeuntibus inge-
 tia spei gloriãq; incitamenta refert: repræhensos ex fuga persas pugnatuos: quia fu-
 gere non possent: tertium diem iam metu exangues armis suis oneratos in eodem ue-
 stigio hære: nullum desperationis illorum maius iudicium esse: q; quod urbes: quod
 agros suos urerent: quicquid non corrupissent: hostiũ esse confessi. Nomia modo ua-
 na gentium ignotarũ: ne extimescerent: neq; enim ad belli discrimen pertinere: qui ab
 his Scythas: qui ue cadusii appellant. Ob id ipsum: quod ignoti essent: ignobiles eẽ
 nunq; ignorari uiros fortes. At imbelles ex latebris suis erutos: nihil præter nomina af-
 ferre. Macedones uirtute affecutos: ne quis toto orbe locus esset: qui tales uiros igno-
 raret: intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil præter iaculum ha-

Alexãder
aciem in
struit.

Murices
ferreos i
terrã de-
fodisse da-
riũ transf-
fuga nũ-
tiauit.

Alexãder
duces hor-
tatur ad p-
lium.

Granicus
flu.

Nunq;
ignorari
uiros for-
tes

bere: aliū funda saxa librare: paucis iusta arma esse: itaq; illinc plures stare: hinc plu-
res dimicatuos: nec postulare se ut fortiter capefferent præliū ne ipse cæteris fortitu-
dinis fuisset exemplum: se ante prima signa dimicaturum spondere pro se quot cicat-
trices: totidē corporis decora: scire ipsos unū pœne se prædæ exortē in illis colendis or-
nandisq; usurpare uictoriæ præmia: hæc se fortibus uiris dicere. Si qui dissimiles eo-
rum essent: illa fuisse dictus: peruenisse eo: unde fugere non possent terrarum spatia
emensis tot annibus montibusq; post tergum obiectis: iter in patriam & penates ma-
nu esse faciendum. Sic duces: sic proximi militum instructi sunt. Darius in leuo cor-
nu erat: magno agmine suoz delectis equitū peditūq; stipatus: contēpseratq; pauci-
tatem hostis uanam aciem esse extinctis cornibus ratus. Cæterum sicut curru emine-
bat: dextera leuaq; ad circumstantiū agmina oculos manusq; circumferens. Terraz:
inquit: oceanus hinc alluit: illinc claudit hellepontus: paulo ante domini iam non de
gloria: sed de salute & quod saluti præponitis: de libertate pugnandū est: hic dies im-
periū: quo nullū amplius uidit ætas: aut constituet: aut finiet apud Granicū minima
uiriū parte cū hoste certaminis. In Cilicia uictos Syria poterat excipere. Magna mu-
nimenta regni Tygris atq; Euphrates erant. Ventū est eo: unde pulsus ne fugā quidē
locus est. Omnia tā diutino bello exhausta post tergū sunt. Non incolas suos urbes
non cultores habent terræ. Coniuges quoq; & liberi sequuntur hanc aciē: parata ho-
stibus præda: nisi pro charissimis pignorib; corpora opponimus. Quod meaz fuit
partiū exercitiū: quē pœne imensa planicies uix caperet: cōparauī equos: arma distri-
bui: cōmeatus ne tantæ multitudinī deessent prouidi: locū in quo acies explicari pos-
set elegi. Cætera in uestra potestate sunt: audete modo uincere: famāq; infirmissimū
aduersus fortes uiros tælum contēnite. Temeritas est: quā adhuc pro uirtute timui-
stis: quæ ubi primū imperium effudit: uelut quædam animalia amisso aculeo torpet
Hi uero cāpi depræhendere paucitatē: quā Ciliciæ montes absconderant. Videtis or-
dines raros: cornua extenta: mediā aciē uanam & exhaustam. Nam ultimi quos loca
uīt auersos: terga iam præbent: obteri me Hercule equoz ungulis possunt: etiā si nil
præter falcatos currus emisero: & bello uicerimus: si uincimus prælio. Nam ne illis
quidē ad fugam locus est. Hinc Euphrates: illinc Tygris prohibet inclusos: & quæ
antea pro illis erant: in contrariū conuersa sunt. Nostrū mobile & expeditū agmē est
illud præda graue. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademq; res & cau-
sa uictoriæ erit & fructus. Quod si quē e nobis nomē gentis mouet: cogitet macedo-
nū illic arma esse non corpora. Multū enī sanguinis inuicē hausimus: & semper gra-
uior in paucitate iactura est. Nam Alexander quantuscunq; ignauis & timidus uideri
potest unū: animal est: & si quid mihi creditis temerariū & uecors adhuc nostro pa-
uore q̄ sua uirtute foelicius. Nihil autē potest esse diuturnū: cui nō subest ratio. Licet
foelicitas aspirare uideatur: tamen ad ultimū temeritati non sufficit. Præterea breues
& mutabiles uices rez sunt: & fortuna nunq̄ simpliciter indulget. Forsitan ita dii fata
ordinauerunt: ut perfar; imperium: quod secūdo cursu per. ccxxx. annos ad summū
fastigiū euexerant: magno motu concuterent magis q̄ affligerent: admonerentq; nos
fragilitatis humanæ: cuius nimia in prosperis rebus obliuio est. Modo græcis ultro
bellū inferebamus: nunc in sedibus nostris propulsamus illatū. Iactamur inuicē ua-
rietate fortunæ. Videlicet iperīū: quod mutuo affectamus: una gens non capit. Cæte-
rū etiā si spes non subesset: necessitas tamen stimulare deberet: ad extrema peruentū
est. Matrē meā duas filias Occhum in spē huius iperīi gentium illos principes: illam

Dariūmi
lites allo-
quitur.

Bellum
Prælium

Nihil diu-
turnum:
cui n̄ sub-
est ratio.
breues &
mutabi-
les uices
rez sunt.
Fragilita-
tis huma-
næ i pspe-
ris rebus
obliuio ē

sobolem regiae stirpis duces uestros regum instar uinctos hēt. Nihil quidem in nobis ē
 ipse ego maiore parte captiuus sum. Eripite uiscera mea ex uinculis: restituite mihi pi-
 gnora: pro quibus ipse mori non recuso. Parentem liberos (nā coniugē in illo carcere
 amisi) credite nūc omnes extendere ad uos manus: implorare patrios deos: opem uestrā
 misericordiam: fidem exposcere: ut seruitute: ut compedibus: ut praecario uictu ipsos
 liberetis. An creditis aequo animo iis seruire: quorum reges esse fastidiūt? Video admo-
 ueri hostiū aciem: sed quo propius discrimen accedo: hoc minus his: quae dixi: possū
 esse contentus. Precor uos per deos patrios aeternumque ignem: quae praefert altaribus: ful-
 goremque solis intra fines regni mei oriētis per aeternam memoriā Cyri: quae ademptū
 medis lydibusque imperiū primus in perfidem intulit: uindicate ab ultimo dedecore nomē
 gentemque persarum. Ite alacres: & spe pleni: ut quam gloriam accepistis a maioribus ue-
 stris: posteris relinquatis. In dextris uestris iam libertatem: opem spem futuri tempo-
 ris geritis. Effugit mortem quisquis contemplerit: timidissimū quemque consequit. Ipse
 non patrio more solum: sed etiam ut conspici possim: curru uehor nec recuso: quomī-
 nus imitemini me: siue fortitudinis exemplū: siue ignauitiae fuero. Interim Alexander:
 ut est demonstratū a transfuga: cum insidiarum locum circuiret: & dario qui leuum
 cornu tuebatur: occurreret: agmen obliquū incedere iubet. Darius quoque eodem suū
 obuertit. Bello admonito: ut massegetes eques in leuū Alexandri cornu inuehi iubeat
 Ipse ante se falcatos currus habebat: quos signo dato uniuersos in hostē effudit. Rue-
 bant laxatis habēnis aurigae: quo plures nondum satis prouiso impetu obterrerēt. Alios
 ergo hastae multum supra temones eminentes: alios ab utroque latere dimissae falces la-
 cerauerunt. Nec sensim macedones cedebant: sed effusa turbauerant fuga ordines. Ma-
 zeus quoque percussis metum incussit mille equitibus ad diripiēda hostis impedimēta
 circūuehi iussis: ratus captiuos quoque qui simul afferuabantur: rupturos uincula cum
 suos propinquantes uidissent. Non fefellerat Parmenionem: qui in leuo cornu erat.
 Propere igitur polydamanta mittit ad regem: qui & periculum ostēderet: & quid fie-
 ri iuberet consuleret. Ille audito polydamante: abi nuntia iquit Parmenioni: si acie ui-
 cerimus: non nostra solum nos recuperaturos: sed omnia quae hostium sunt occupa-
 tuos. Proinde non est quod quicquid uirium subducat ex acie: sed ut me & Philippo pa-
 tre dignum est: contempto sarcinarum damno fortiter dimicet. Interim barbari im-
 pedimēta turbauerant: caesisque plerisque custodum captiuū uinculis ruptis quicquid
 obuium erat: quo armari possent: rapiūt: & aggregati suorum equitibus macedonas
 ancipiti circunuentos malo inuadunt: latique circa Sisigambim uicisse Dariū ingenti
 caede prostratos hostes: ad ultimum etiam impedimentis exutos esse nūtiat: quippe
 eandem fortunam ubique esse credebant: & uictores perfas ad praedam discursisse. Si
 sigambis hortantibus captiuus ut animum a maerore alleuaret: in eodē quo antea fuit
 perseverauit: non uox ulla excidit ei: non oris color uultusue mutatus est: sed sedit im-
 mobilis: credo praegaudio uerita fortunā irritare: adeo ut quid mallet intuentibus eā
 fuerit incertū. Inter haec Amyntas praefectus equitum Alexandri cum paucis turmis
 opem impedimentis laturus aduenerat: & incertum suo ne consilio an regis imperio
 sed non sustinuit caucasiarum scytharumque impetum: quippe uix temptato certami-
 ne effugit ad regem amissorū impedimentorum testis magisque uindex. Iam consilium
 Alexandri uicerat dolor: & ne cura recuperandi sua militē a praelio auerteret: non im-
 merito uerebatur. Itaque Araten ducē hastatorum: quem Sarissophores uocabant: ad
 phores. uersus scythas mittit. Inter haec currus: qui circa prima signa turbauerant acie: in pha-

langē inuecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmē accipiūt. Vallo similis acies erat: iunxerant hastas: & ab utroq; latere temere incurrentium ilia suffodiebant: circuire deinde currus & propugnatores præcipitare cœperunt. Ingens ruina equorum: aurigarumq; acie compleuerat. Hi terrosos regere non poterāt. Hi crebra iactatione ceruicem non iugum modo excusserant: sed etiam currus euerterant: uulnerati interfectos trahebant: nec consistere terrosi: nec progredi debiles poterant. Paucae tamen euasere quadrigae in ultimā acie: iis quibus inciderūt: miserabili morte consumptis: quippe amputata uiroꝝ mēbra humi iacebāt: & quia calidis adhuc uulneribus aberat dolor: trūci quoq; & debiles arma nō omittebant: donec multo sanguine effuso exanimati procūberent. Interim Arete scythæ q; impedimenta diripiebant duce occiso grauius terrosos instabant. Supuenere deinde missi a Dario bactriani: pugnaeq; uertere fortunā. Multi ergo macedonū primo impetu obtriti sunt: plures ad Alexandrū refugerūt. Tū persæ clamore sublato: qualem uictores solent edere: ferociter in hostem quasi ubiq; profligatum incurrunt. Alexander terrosos castigare adhortari praelium: quod iam elanguerat: solus accendere: confirmatisq; tandem animis ire in hostem iubet. Rarior acies erat i dextero cornu persæ: nāq; inde bactriā decesserāt ad opprimenda impedimenta. Itaq; Alexander laxatos ordines inuadit: & multa caede hostiū inuehit. At qui in leuo cornu erāt persæ: spe posse eū icludi: agmen suū a tergo dimicantes opponūt. Ingensq; periculum in medio haerens adisset: ni eqtes agriani calcariibus subditis suos regi barbaros adorti essent: auersosq; cedendo in se cōuertiti coegissent. Turbata erat utraq; acies. Alexander a fronte: & a tergo hostem habebat qui auerso ei instabant: & ab agrianis militibus praemebantur: & bactriani impedimentis hostiū direptis reuersi ordines suos recuperare non poterant: plura simul abrupta a cæteris agmina: ubicunq; alium alii fors miscuerat: dimicabat: duo reges iunctis prope agminibus praelium accenderant. Plures persæ cadebant: par ferme utrinq; numerus uulnerabatur. Curru Darius: Alexander equo uehebatur: utrunq; regem dilecti tuebantur sui immemores: quippe amisso rege nec uolebant salui esse: nec poterant. Nam ante oculos sui quisq; regis mortem occumbere ducebat egregium. Maximum tamen periculum adibat: qui maxime tuebat: quippe sibi quisq; cæsi regis expetebat decus. Cæterum siue ludibrium oculorum: siue uera species fuit: qui circa regem Alexandrum erant: uidisse se crediderunt paululum super caput regis placide uolantem aquilam nec sonitu armorum: nec gemitu morientium terrosam: diuq; circa equum Alexandri pendenti magis: q̄ uolanti similis apparuit. Certe uates Aristander alba ueste indutus & dextra præferens lauream militibus in pugnam intentis auē monstrauit: haud dubium uictoriæ auspiciū. Ingens ergo alacritas ac fiducia pauloante terrosos accendit ad pugnam. Vtq; posteaq; auriga Darii: qui ante ipsum sedens equos regebat: hasta transfixus est. Nec aut persæ: aut macedones dubitare: quin ipse rex esset occisus. Lugubri ergo ululatu ex incondito clamore gemituq; totam fere acie ad huc equo Marte pugnantium turbauere. Cognati Darii & armigeri leuumq; tuentes cornu in fugam effusum destituerant currum: quem a dextera parte stipati in mediū agmē receperūt. Dicit acynace stricto. Darius dubitasse an fugæ dedecus hōesta morte uitaret. Sed emines curru nōdū oēm suoz acie plio excedētē destituerē erubescere dūq; iter spē & dubitationē hæsitat: sensim persæ cedebat: & laxauerē ordies. Alexander mutato equo: quippe plures fatigauerat: resistentiū aduersa ora fodiebat: fugientium terga. lamq; nō pugna: sed sedes erat. Cum Darius quoq; currū suū in fugam uerti

Auguriū
uictoriæ.
Auguria
Darii ha
sta trans
fixus.

Darii fu
ga.

haerebat i tergis fugientiū uictor: & p̄spectū oculorū nubes pulueris: quae ad coelū fe-
 rebatur: abstulerat. Ergo haud secus q̄ in tenebris errabant ad sonitū notae uocis: aut
 signū subinde coeuntes. Exaudiebant tantum strepitus habentium: quibus equi curra
 tra hētes idētidē uerberabant: haec sola fugientis uestigia excepta sunt. At i leuo ma-
 cedonū cornu: quod Parmenio: sicut ante dictū est: tuebat longe alia fortūa utriusq̄
 partis res gerebat. Mazeus cū omni suorū equitatu uehēmēter iuectus urgebat Ma-
 cedonū alas. Iāq̄ abundās multitudīne acie circūuehi coeperat: cū Parmenio equites
 nūtiare iubet Alexandro: in quo discrimine ipsi essent: nisi mature subueniret: nō posse
 listi fugā. Iā multū uia p̄cesserat. Rex iminēs fugientiū tergis cū a Parmenione tristis
 nūtius uenit: refranare equos iussi: qui uehēbant: agmēq̄ cōstitit. Frenedēte Alexan-
 dro eripi sibi uictoriā e manibus: & Dariū facilius fugere q̄ seq̄ se: iterim ad Mazeū
 superati regis fama puenerat. Itaq̄ q̄q̄ ualidior erat: fortuna tamē partiū territus p̄cul-
 sis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidē cām sua sp̄ote pugnae remissa: sed
 occasione uincēdi strenue est usus. Thestalos eq̄tes ad se uocari iubet. Et qd̄ inq̄t: ui-
 detis istos: q̄ ferociter mō instabant: pedē referre: subito pauore p̄territos? Ni miq̄ no-
 bis quoq̄ regis nostri fortuna uincit oīa per saxa caede strata sunt: qd̄ cessatis? cur ne fu-
 gientibus quidē pares estis? Vera dicere uideat: & spes languētes quoq̄ erexerat: subi-
 tis calcaribus prouere i hostē: & illiā nō sensim: sed citato gradu recedebāt: nec q̄q̄
 fugae nisi quod terga nondū uerterāt: deerat. Parmenio tamē ignarus quae nā in dexte-
 ro cornu fortuna regis esset: repressit suos. Mazeus dato pugnae spatio: nō recto itine-
 re: sed maiore & ob id tutiore circuitu tygrim superat: & Babylonīā cū reliquis deu-
 cti exercitus intrat Darius paucis fugae cominibus: ad lycū amnē cōtenderat: quo traie-
 cto: dubitauit an solueret pontē: quippe hostē iā affore nuntiabat. Sed tot milia suo-
 rum: quae nondū ad amnē peruenerant: ponte reciso: praedam hostis fore uidebat.
 Abeuntē cum intactum sineret pontem dixisse constat. Malle se in sequētibus iter da-
 re: q̄ auferre fugientibus. Ipse ingens spatiū fuga emensus media fere nocte Arbella
 peruenit. Quis tot ludibria fortunae: ducū agminūq̄ cede[m] multiplicem: deuictorū
 fugam: clades nunc singulorū: nunc uniuersorū: aut animo assequi queat: aut oratione
 complecti? Propemodū saeculi res in unum illum diem fortuna cumulauit. Alii qua
 breuissimū patebat iter: alii diuersos saltus & ignotos sequētib⁹ calles petebāt. Eques
 pedesq̄ confusi sine duce: armatis inermes integris debiles iplicabantur. Deinde mi-
 sericordia in metū uersa: qui sequi nō poterāt: inter mutuos gemitus deserebant. Si-
 tis praecipue fatigatos & saucios exurebat: passimq̄ omnibus uis p̄strauerant corpo-
 ra praeterfluentem aquam hiantī ore captantes: q̄ cū diu auidi turbidam hausissent: tē-
 debantur ex tēplo praecordia praementē limo: resolutisq̄ & torpentibus mēbris: cū su-
 peruenisset hostis: nouis uulneribus excitabantur. Quidam occupatis p̄ximis riuis
 diuenterant longius: ut quicquid occulti humoris usq̄ manaret: exciperent. Nec ulla
 adeo auia & sicca lacuna erat: quae uestigantiū sitim falleret. E proximis uero itinēri ui-
 cis senū ululatus foeminarūq̄ exaudiebāt barbaro ritu. Dariū adhuc regē clamātū
 Alexander: ut supra dictū est: inhibito suorū cursu ad lycū amnē p̄ueuerat: ubi ingens
 multitudo fugientium onerauerat pontē: & plariq̄ cū hostis urgeret: in flumen se p̄ci-
 pitauerāt: grauesq̄ armis & praelio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebant. Iāq̄ nō
 pons mō fugientis: sed ne animis quidē capiebat agmina sua sprouida fugae subide cu-
 mulatis: q̄ppe ubi intrauit aīos pauor: id solū metuūt qd̄ primū formidare coeperunt
 Alexander instātib⁹ suis ne ip̄sone abeuntē hostē ide p̄mitteret seq̄: haebetia tacla esse:

Fortunae
ludibria.

tu manus fatigatas: tantoq; cursu corpora exhausta: & p̄ceps in noctē diei ips̄s causa
& s̄ est. Re uera de leuo cornu: quod adhuc in acie stare credebat sollicitus reuertē ad
ferēdā opē suis statuit. Iamq; signa cōuerterat: cū eqtes a parmenioē missi illius quo-
q; partis uictoriā nūtiānt. Sed nullū eo die maius piculū fuit: q̄ dum copias reducit in
castra. Pauci eum & incōpositi sequebant̄ ouantes uictoriā: quippe oēs hoste aut in
fugā effusos: aut in acie credebāt cecidisse: cū repēte ex aduerso apparuit agmē eq-
tum q̄ primo inhibuere cursum: deinde macedonū paucitate conspecta turmas i ob-
uios concitauerūt. Ante signa rex ibat dissimulato magis piculo q̄ spreto. Nec defuit
ei p̄petua in dubiis rebus sc̄licitas: nāq; p̄fectū eqtatus auidum certaminis & ob id
iplum incautius in se ruentē hasta transfixit. Quo ex equo lapso proximū ac deinde
plures eodem t̄lo cōfodit. Inuasere turbatos amici quoq;: nec persā inulti cadebant:
quippe non uniuersā acies: sed quædam tumultuariæ manus iniere certamē. Tandē
barbari cum obscura luce fugā tutior uideretur esse q̄ pugna: diuersis agminibus abi-
re. Rex extraordinario periculo defunctus incolumes suos reduxit ad castra. Cecide-
re psarum: quorum numerum uictores finire potuerūt milia. xl. Macedonū minus
q̄. ccc. desiderati sunt. Cæterum hāc uictoriam rex maiore ex parte uirtuti q̄ fortunæ
suæ debuit: animo nō ut antea loco uicit. Nā & acie peritissime iſtruxit: & p̄mptissi-
me ipse pugnauit: & magno consilio iacturam sarcinarum impedimentorūq; cōtem-
psit: cū ipsa acie summum rei uideret eē discrimen: dubioq; adhuc pugna eueutu pro-
uictore se gessit: perculso deinde hoste fudit fugientes: quod in illo ardore animi uix
credi potest: prudentius q̄ auidius persecutus ē. Nam si parte exercitus adhuc in acie
stante instare credētibus perseuerasset: aut sua culpa uictus esset: aut aliena uirtute ui-
cisset. Iam si multitudinem equitum occurrētiū extimuisset uictor: aut fœde fugiē-
dum aut miserabiliter cadēdum fuit: nec duces quidem copiarum sua laude fraudan-
di sunt quippe uulnera: quæ quisq; excepit: indicia uirtutis sunt. Ephesionis brachiū
hasta ictum est. Perdicas: ac Cenos: & Meniras sagittis prope occisi. Et si uero æsti-
mare macedonas: qui tunc erāt uolumus fatebimur & regē talibus ministris: & illos
tanto rege fuisse dignissimos.

Quot in
plio ceci-
dere.

Duces
uulnerati

Q. CVR TII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONVM. LIBER Q VINTVS.



VAE INTERIM Ducti imperioq; Alexādr̄i uel in gr̄cia uel in il-
lyricis ac thracia gesta sunt. Si quæq; suis tēporibus reddere uoluerō:
interrūpendæ sunt res asiæ: quas utiq; ad fugam mortemq; Darii uni-
uersas in conspectu darii: & sicut inter se cohærent tēpore: ita ope ipso
coniūgi haud paulo aptius uideri pōt. Igit̄ ante: quæ prælio apud Ar-
bellam coniuncta sunt: ordiar dicere. Darius media fere nocte Arbelle peruenit: eo
demq; magnæ partis amicorum eius ac militum fugam fortuna compulerat: quibus
conuocatis exponit haud dubitare se: qn̄ Alexāder celeberrimas urbes agrosq; omni
copia rex abundantes petitutus eēt: p̄dam opimā paratāq; ip̄m & milites eius specta-
re. Id suis rebus tali in statu saluti fore: quippe se deserta cum expedita manu petitu-
rum. Vltima regni adhuc intacta esse: inde bello uires haud ægre reparaturum. Oc-
cuparet sane gazā auidissima gens: & ex longa fama satiare se auro: mox futura p̄de
sibi didicisse usu præciosam supellectilem pellicesq; & spadonū agmina nihil aliud

Darius
uictus ar-
bellam
puenit.

d

fuisse quæ onera & impedimeta. Eadẽ trahentẽ Alexandrũ: quibus antea uicisset: inferio-
 rem fore plena omnibus desolationis uidebat oratio: quippe babiloniã urbem opulentissi-
 mã dedi certatibus: & suessam ceteraq; ornameta regni causamq; belli uictorẽ occu-
 patur. At ille docere pergit: nõ speciosa dictu: sed usu necessaria in rebus aduersis se-
 quẽdo eẽ. Ferro geri bella: nõ auro: uiris nõ urbiũ tectis: oĩa sequi armatos. Sic maio-
 res suos percussos in principio reũ celeriter pristina recupasse fortunã. Igitur siue confir-
 matis eorũ animis: siue impium magis quã consilium sequentibus. Mediã fines ingressus
 est. Paulopost Alexandro tradit. Arbella regia supellectili. Dariũq; gaza repleta quat-
 tuor milia talentum. Fuere propterea preciosa uestes totius (Vt supra dictum est) Exerci-
 tus opibus in illam sedem congestis. Ingruentibus deinde morbis: quos odor cadaue-
 rum totis iacetium campis uulgauerat: maturius castra mouit. Euntibus a parte leua
 Arabia odorũ fertilitate nobilis regio campestre iter eẽ. Inter tygrim euphratẽ iacẽs ta-
 uberi & pingui solo: ut a pastu repelli pecora dicantur: ne satietas pimat. Causa ferti-
 litatis est humor: qui ex utroq; amne manat: toto fere solo per uenas aquarũ refundã-
 te. Ipsi amnes & armeniaẽ montibus profluunt: & magno deinde aquarũ diuortio iter
 quod cœpere percurrunt. ii. milia & .d. stadia emensi sunt: qui amplissimum interuallũ
 circa armeniaẽ montes notauerunt. Item cum mediã & Gordianorũ terras secare cœ-
 perũt paulatim in artius coeunt: & quo longius manant: hoc angustius inter se spa-
 cium terrarũ relinquũt. Vicina maxime sunt in campis: quos incolarũ Mesopotamiã uo-
 cant. Mediã naq; ab utroq; latete concludũt. Eadẽ per babiloniorũ fines in rubrum ma-
 re prorũpunt. Alexander quartis castris ad menium urbem peruenit. Cauerna ibi est
 ex qua fons ingentem uim bituminis effundit: adeo ut satis constat Babilonios muros
 ingentis operis huius fontis bitumine interlitos esse. Ceterum babiloniam procedẽ
 ti Alexandro. Mazeus qui ex acie in urbem eam confugerat: cum adultis liberis sup-
 plex occurrit: urbem seq; dedens. Gratus aduentus eius fuit regi: quippe magni ope-
 ris futura erat obsidio tam munitarũ urbis. Ad hæc uir illustris & manu promptus fa-
 maq; etiam proximo prælio celebris: & ceteros ad deductionem sui incitaturus exẽplo
 uidebatur. Igitur hunc quidem benigne cum eius liberis excepit. Ceterum quadrato
 agmine: quod ipse dicebat uelut in acie irent: ingredi suos iubet. Magna pars babilo-
 niorũ constitit in muris: auida cognoscendi nouũ regem. Plures obuiã egressi sunt
 inter quos Bagophanes arcis & regia pecunia custos ne studio a mazeo uinceretur:
 totum iter floribus cornisq; constrauerat: argenteis altaribus ab utroq; latere disposi-
 tis: quarũ non thure modo: sed omnibus odoribus cumuauerat. Eum dona sequebantur
 greges pecorũ equorũq; leones quoq; & perdales caueis præferbant. Magis deinde
 suo more patriũ carmen canentes. Post hos chaldei: Babiloniorũq; nõ uates modo:
 sed et artifices cum fidibus sui generis ibant. Laudes. ii. regũ canere soliti. Chaldei sy-
 derũ motus & status temporũ uices ostẽdere. Eqtes deinde babilonii suo atq; equorũ
 cultu ad luxuriã magis: quã ad magnificentiam exacto ultimi ibant. Rex armatis stipa-
 tus oppidanorũ turbã post ultimos pedites ire iussit. Ipse cum curru urbẽ: ac deinde re-
 giã intrauit. Postero die supellectilẽ Dariũ: & oẽm pecuniã recognouit. Ceterũ ip-
 sius urbis pulchritudo ac uetustas nõ regis modo: sed et oĩum oculos in semet haud
 imerito cõuertit. Semyramis eã cõdiderat: nõ ut plariorũ credidere: Bellus: cuius regia
 ostendit. Murus instructus laterculo coctili bitumine interlitus. Spatiũ. xxx. & duo-
 rum pedum latitudinẽ amplectit quadrigã inter se occurrentes sine periculo cõmea-
 re dicuntur. Altitudo muri. c. cubitorum eminet spacio. Turres denis pedibus quã mu-

rus altiores sunt. Totius operis ambi, cclviii. stadia complectit: singulorū stadiorū structuram singulis diebus perfectam eē memoriæ proditum est. Aedificia non sunt admota muris; sed fere spatium unius iugeris absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupauerunt per. xc. stadia habitatur; nec omnia continua sunt; credo q̄a tutius visum est pluribus locis spergi. Cætera serunt colūtq; ut si externa uis ingruat; obse- sis alimenta ex ipsius urbis solo subministrant. Euphrates interfluit; magnæq; molis crepidinibus coerchetur. Sed omnium operum magnitudinem circūueiūt cauernæ ingentes in altitudinem presse ad accipiendum impetum fluminis; quod ubi appositæ crepidinis fastigium excessit; urbis tecta corripere; nisi essent specus lacusq; q̄ ex- ciperent. Coctili laterculo structi sunt; totum opus bitumine astringit. Pons lapideus flumini impositus iūgit urbem; hic quoq; inter mirabilia orientis opa numeratus est; q̄ppe euphrates altū limū uehit; quo penitus ad fundamenta iacienda egesto; uix sufficiendo operi firmo reperiūt solum. Harenæ autē subinde cumulatae; & saxis quibus pons sustinet; annexæ morant amnem; q̄ retentus acrius; q̄ si libero cursu meat illidit. Arcem quoq; ambitu. xx. stadia complexam habet. xxx. pedes in terra turrium fundamēta dimissa sunt ad. lxxx. summū munimēti fastigiū puenit. Super arce uulgatum græcorum fabulis miraculū pēsiles horti sunt; summā murorum altitudinem æquātes multarūq; arborū umbra & proceritate amœni. Saxo pile; quæ totū onus sustinent; instructæ sunt. Super pilas lapide quadrato solū stratū ē; patiens terra quā altam iniiciūt & humoris; quo rigant terras; adeoq; ualidas arbores sustinent moles; ut stipites earū. viii. cubitorum spacium crassitudine æquent in. l. pedū altitudinem emineant; & frugiferae sint; ut si terra sua alerent. Et cum uetustas non opera solum manu facta; sed etiam ipsam naturam paulatim exedēdo perimat hæc moles quæ tot arborū radicibus præmit; tantiq; nemoris pondere onerata est; inuiolata durat; q̄ppe. xx. lati parietes sustinent. xi. pedum interuallo distantes; ut procul uilentibus siluæ montibus suis iminere uideant. Syriæ rege babylonîæ regnante hoc opus esse molitū memoriæ proditū est; amore coniugis uictū; quæ desiderio nemorū siluarūq; in campestribus locis uirū compulit amœnitatem naturæ genere huius operis imitari. Diutius in hac urbe q̄ usquam constitit rex; nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis eius corruptius moribus; nec ad irritandas illi coniugesq; in modicas uoluptates instructius. Liberos coniugesq; cum hospitibus stupro coire modo p̄cium flagitii detur; parentes maritq; patiunt. Coniugales ludi tota p̄s- de regibus purpuratisq; cordi sunt. Babylonii maxime in uinū; & quæ ebrietatem sequunt; effusi sunt. Fœminarū conuiuia ineuntū in principio modestus ē habitus deinde summa quæq; amicula exeūt; paulatimq; pudorem p̄phanant. Ad ultimū opus (honus auribus habitus sit) iima corporū uelamēta proiciūt; nec meretricū hoc dedecus est; sed matronarū uirorūq; apud quos comitas habet uulgati corporis uilitas. Inter hæc flagitia exercitus ille domitor asiæ per. xxxiiii. dies saginatus; ad ea quæ sequebant discrimina; haud dubie debilior futurus fuit si hostem habuisset. Cæterū quo minus damnū sentiret; identidē incremēto nouabant. Nāq; amyntas Andromoni ab Antipatro macedonū peditū sex milia abduxit. d. præterea eiusdē generis eq̄tes. Cum his. cc. thraces adiūctis peditibus suæ gētis. iii. milibus & d. & pelopōnesio mercenarius miles ad quattuor milia aduenerat cū. cclxxx. militibus. Idē amyntas adduxerat. l. principū macedoniæ liberos adultos ad custodiā corpis; q̄ppe inter epulas hi sunt ministri. lidēq; equos ineūtū plū admouēt; uenantēq; comitant; & uigilia-

Euphra-
tes baby-
lonē iter-
fluit.Pons ba-
bylonis
iter mira-
bilis oriē-
tis q̄a nu-
merat.Horti pē-
siles.Babylo-
niarū tur-
pissimi
mores.Exercit⁹
Alexādrī
corrupt⁹

rum uices ante cubiculi fores seruant: magnorūq; p̄fectoꝝ & ducū incrementa sunt: & rudimenta. Igit̄ arcis babiloniae rex Agathone praesidere iusso cū.ccc.Macedonū. Prætores cccq; mercæde conductis p̄tores: q; regioni babiloniae & ciliciae praesent. Menetā Babylo- & Apollodoꝝ reliquit his duo milia peditū dat cū mille talentis. Vtriq; p̄ceptū: ut nia & cilicia p̄fe- in supplementū milites legerent. Mazeū transfuga satrapea babiloniae donat: Bago- phanem: q; arcem tradiderat: se sequi iussit. Armenia Mythreni Sardiū proditori da- cit Alex. ta est. Ex pecunia deinde babiloniae macedonibus eq̄tib; sexcenti denariū tributū: pe- regrinus eques q̄ngenos accepit. Ducenis pedestriū stipendiū mēsum est. His ita cō- positis iu regionē quæ satrapenæ uocat̄: puenit fertilis terra: copia reꝝ & omni cōmea- tu abundans. Itaq; diutius ibi subsistit: ac ne desides otio dimitterent animos: iudices dedit p̄miaq; proposuit de uirtute militari certantibus. Nouem q; fortissimi iudica- ti essent: singulis militū milibus p̄futuri erant. Chiliarchas uocabant. Tum primū in hūc numeꝝ copiis distributis: nāq; antea q̄nquaginarie cohortes erant: nec forti- tudinis p̄mia gesserant: ingens militum turba conuenerat egregio inter futura certa- mini: testis eadem cuiusq; factorū: & de iudicibus latura sententiā: q̄ppe uero an fal- so honos cuiq; haberet̄: ignorari non poterat. Primus oīum uirtutis causa donatus ē Adarchias senior: qui omissis apud Alycarnassion a iunioribus p̄liū unus maxime accenderat. Proximus ei Antigonus uisus est. Tertium locum Philotas angelus obti- nuit. Quartus Amyntæ datus est. Post hos antigonus & Ablyncestes Amyntas fuit Septimū locū Theodotus. Vltimum obtinuit Helanicus: In disciplina quoq; milita- ris rei pleraq; a maioribus summa utilitate mutauit. Nam cū ante equites in suā q̄sq; gentē describerent̄: seorsus a cæteris excepto nationum discrimine: p̄fectis non utiq; suarū gentium: sed electis attribuit. Tuba cum castra mouere uellet signū dabat: cuius sonus plerūq; tumultuantium fremitu exoriente haud satis exaudiebat̄. Ergo per- ticam: quæ undiq; conspici posset: supra p̄torium statuī: ex qua signū eminebat pari- ter omnibus conspicuū: obseruabat̄ ignis noctu: fumus interdū. Iamq; susam aditu- ro Abulites regionis eius p̄fectus siue Darii iussu: ut Alexandrum p̄da retineret siue sponte filium obuiam misit: traditurum se urbem promittens. Benigne iuuenē exce- pit. Rex & eo duce ad hydaspin amnem peruenit delicatam (ut fama est) uehemēter aquam. Hic Abulites cū donis regalis opulentiaē occurrit dromades camelū inter do- na erant uelocitatis eximii. xii. Elephāti a Darii ex India acciti: non iam terror (ut spe- rauerant) Macedonum: sed auxilium opes uicti ad uictorē transferente fortuna. Ut uero urbem intrauit incredibilem ex thesauris summā pecuniaē egeffit. I. talētum ar- genti non signati forma: sed rudi pondere. Multi reges tantas opes longa ætate cum- lauerant liberis posterisq;: ut arbitrabantur: quas una hora in externi regis manus in- tulit. Confedit deinde in regia sella multo excelsoꝝ: q; p̄ habitu corporis. Itaq; pedes cum imum gradum non contingerent: unus est regis pueris mensam subdidit pedi- bus & cū spadonē: q; Darii fuerat: ingemiscētē cōspexisset. Rex cām mœsticiae req̄- siuit. Ille indicat Darii uesci in ea solitum: seq; lacram eius mensam ad ludibriū re- cidentem sine lachrymis conspiciere non posse. Subiit ergo regem uerecundia uiolā- di hospites deos. Iamq; subduci iubebat: cū philotas minime uero hæc feceris rex: sed omen quoq; accipe: mensam: ex qua libauit hostis epulas: tuis pedibus esse subie- ctam. Rex perlidis fines aditurus Susam urbem Archelao & p̄sidium. iiii. milium tra- didit. Xenophilo arcis cura mandata est. Macedonū ætate graues praesidere arcis cu- stodia iussit. Thesaurorum Callierati tutela permessa. Satrapea regionis Susiaē resti-

tuta abuliti. Matrem quoq; Darii & liberos in eadem urbe deponit. Ac forte macedo-
 nicas uestes multamq; purpuram dono ex Macedonia missam cum iis: qui eam confe-
 cerant: tradi Sísigambi iussit. Omni nãq; honore eam & filii quoq; pietate psequaba-
 tur. Admoneri iussit: ut si cordi quoq; uestis esset: conficere eam neptes suas alluefa-
 ceret donoq; se doceret dare. Adhanc uocẽ lachrymæ abortæ prodidere aium asper-
 nantis id munus: quippe cū non aliã contumeliã magis perlas; foeminæ accipiunt: q̃
 admouere lanæ manus. Nütiant: qui dona tulerant: tristẽ eẽ Sísigãbim; dignaq; rex
 excusatione & consolatione uisa. Ipse ergo peruenit ad eam: & mater (inquit) hãc ue-
 stem qua indutus sum: soror; non solũ donũ: sed etiã opus uides: nostri decepere me
 mores. Caue obsecro in contumeliã accipias ignorationẽ meã. Quæ tui mores esse
 cognoui (ut spero) abunde seruata sunt. Scio apud uos filiũ in cõspectu matris nefas
 esse considerare: nisi cum illa permisit. Quotiescũq; ad te ueni: donec ut considerẽ an-
 nueres restiti. Procũbẽs uenenari me sæpe uoluisti inhibui. Dulcissimæ matris olym-
 piadis nomẽ debitum tibi reddo. Mitigato animo eius rex quartis castris peruenit ad
 Tygrim fluuium: Phasim Tygrim incolæ uocãt: oritur i montibus Vxiorũ: & p. l. Phasis
 stadia siluestris ripis p̃ceps inter saxa deuoluitur. Accipiunt deinde eũ cãpi: quo cle-
 mentiore alueo p̃terit. Nam nauũ patiens. dc. stadia sunt: molliorisq; soli: per quod
 leui tractu aquar; persico mari se insinuat. Alexãder amne separato cũ. ix. milibus pe-
 ditum & Agrianis Satrianisq; græcorum mercãnariis. iiii. additis thracum in regionẽ
 Vxiorũ peruenit. Finitima sulis est: & in primã perfidẽ excurrit: artũ inter se & Susia Vxii
 nos aditum relinquens. Madathes erat huius regionis præfectus aut sane temporum Mada-
 thos p̃fe-
 ctus.
 drum docet occultũ iter eẽ p̃ calles: & auersum ab urbe. Si paucos misisset leuiter ar-
 matos super capita hostiũ euasuros. Cum consiliũ placuisset: iidẽ itinerũ fuerunt du-
 ces. M. d. Mercede conducti & agriani fere. M. Tauroni p̃fecto dati: ac post solis oc-
 casum iter ingredi iussi. Ipse tertia uigilia castris motis circa lucis ortũ superauerat an-
 gustias: cæsaq; materia cratibus & pluteis faciendis: ut q̃ turres admouerẽt: extra tali Vrbẽ ob
 uictũ essent: urbẽ obsidere cœpit. Prærupta erant omnia: saxis & cotibus impedita. sivebat
 Multis ergo uulneribus depulsi: ut q̃bus non cum hoste solum: sed et cum loco dimi Alexan.
 candũ esset: subibant tamen: quia rex inter primos constiterat: interrogans tot urbiũ
 uictores: an erubescerẽt hære in obsidione castelli exigui & ignobilis: simul admo-
 nens iam inter hæc eminus patebatur: quem testudine obiecta milites: ut inde disce-
 deret: pellere nequiuertant tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis secũ suo
 agmine ostendit: ad cuius conspectum & animi hostiũ labare: & macedones acrius
 plium inire cœperunt. Anceps oppidanos malũ urgebat: nec sisti uis hostium pote-
 rat. Paucis ad moriendũ: pluribus ad fugam animus fuit. Magna pars in arcem con-
 cessit. Inde. xxx. oratoribus missis ad p̃candũ: triste responsum a rege reddit: non eẽ
 ueniã locum. Itaq; supplicior; metu perculsi ad Sísigãbim Darii matrẽ occulto itĩ-
 nere ignotoq; hostibus mittunt: qui peterent: ut ipsa regem mitigaret: haud ignari pa-
 rētis eam loco diligi coliq;. Et Madathes sororis filiam secum matrimonio iunxerat.
 Darium propinqua cogitatione contingẽs. Diu Sísigãbis supplicum præcibus re-
 pugnavit: abnuens deprecationem pro illis non conuenire fortunæ. In qua esset: adie
 citq; metuere sese ne uictoris indulgẽtiam fatigaret: sæpius cogitare captiuam esse se
 q̃ reginam fuisse. Ad ultimum uicta litteris Alexandrum ita depræcata est: ut ipsum
 excularet quod depræcatur: petere se ut illis quoq; si minus sibi cognosceret: pro ne-
 d iiii

cessario ac propinquo suo iam non hoste sed supplice tantum uitam præcari. Moderationem clementiamq; regis: quæ tunc fuit: uel una hæc res possit ostendere nõ madathi modo ignouit: sed omnes & deditos & captiuos libertate atq; imunitate donauit urbẽ reliquit intactam: agros sine tabernaculo colere permisit. A uictor dario plura mater non impetrasset. Vxoribus deinde gentẽ subactam Susianorũ satrapæ contribuit: diuisisq; cum Parmenione copiis illũ cæpestri itinere procedere iubet: ipse cũ expedito agmine iugum montiũ cœpit: quorũ perpetuũ dorsum in perfidẽ excurrit.

Vrbs re-
linquit i-
racta p̄ci-
bus Sisi-
gambis.
Susidæ
pilæ oc-
cupant
ab ario-
barzane

Omni hac regione uastata tertio die p̄sidem quinto angustias: quas illi Susidas pilas uocant intrat. Ariobarzanes has cũ. xv. milibus peditũ occupauerat rupes abscissas: & undiq; p̄ruptas: in quarũ cacuminibus extra tali iactũ barbari stabant de industria quieti & pauẽtibus similes donec in artificissimas fauces penetraret agmen. Quod ubi contemptu sui pergere uident: tum uero ingentis magnitudinis saxa per montiũ p̄na deuoluunt: quæ incussa sapius subiacẽtibus petris maiore uĩ incendebant: nec singulos modo: sed agmina p̄terrebant. Fundis quoq; excussi lapides & sagittæ ingerentur undiq;. Nec id miserimũ fortibus uiris erat: sed quod inultũ quidẽ feratũ ritu uelut in fouea deprehẽsi cederentur. Ira igitur in rabiẽ uersa eminẽtia saxa complexi: ut ad hostẽ pueniant: alius alium leuantibus conabantur ascẽdere. Ea ipsa multorũ simul manibus correpta & conuulsa in eos: qui cõmouerant recidebãt. Nec stare ergo nec nitĩ: nec testudine quidẽ protegi poterant: cum tantæ molis onera propellerent barbari. Regem non dolor modo: sed etiã pudor temere in illas angustias eieci exercitus augebat. Inuictus ante eam diẽ fuerat: nihil frustra ausus impune Ciliciæ fauces intrauerat. Mari quoq; nouum iter in Pamphiliam apparuerat. Tunc hæsitabat de præhẽsa fœlicitas: nec aliud remedium erat: quã reuerti qua uenerat. Itaq; signo receptui dato dẽsatis agminibus: scutisq; sup̄ capita confertis: retro euadere ex angustis iubet. xxx. fuere stadia: quæ remẽsi sunt. Tunc castris undiq; apto loco positis nõ consultare modo quid agẽdum esset: sed uates quoq; adhibere cœpit a superstitione animi. Sed quid tunc prædicere Aristander: cui tunc plurimum credebatur: ex uanibus poterat. Itaq; damnatis intẽpestiuis sacrificiis peritos locorum conuocari iubet: medium iter ostendebant tutum apertumq;. Sed rex dimittere milites insepultos erubescibat: ita tradito more: ut uix ullum militiæ tam solemne eẽt munus q̄ humani suos. Captiuos ergo quos nuper exceperat: uocari iubet: inter quos erat quidam græcæ persicæq; linguæ peritus: qui frustra eum in perfidẽ montium dorso exercitum ducere affirmat siluestres esse calles: uix singulis peruios: omnia contegi frondibus amplexosq; arborum ramos siluas cõmittere. Nãq; persus ab altero latere perpetuis montium iugis claudit: quod in longitudinem. M. cc. stadia in latitudinem. clxx. percurrit. Hoc dorsum a Causaco monte ad rubrum mare pertinet: quaq; deficit: mons aliud munimẽtũ fretum obiectum est. Planicies deinde sub radicibus montiũ spaciola procumbit: fertilis terra: multisq; uiciis atq; urbibus frequens. Araxes amnis per hos campos multorum aquas torrentium euoluit. In medium medus ad mare & meridie reuersus minor amnis eo quem recipit: euehitur gignendæq; herbarũ non alius est ap̄tior: q̄cqd alluid floribus uestiens. Platani quoq; & populi contegũt ripas: ita ut p̄cul uisentibus cõtinua uideant montibus nemora riparũ: q̄ppe abũbratus amnis p̄sso iolum dilabit alueo: iminentq; colles: ipsi quoq; frondibus læti radices eorũ humore subeunte. Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum cœlũ: hic perpetuũ iugum opacum & umbrosum: quod æstus leuat: illinc mare adiũctũ quod modicũ

Alexãder
exercitũ
reduxit
re infect.

Araxes
flu.

tempore terras fouet. His captiuus expositis interrogatus a rege auditu ne an oculis cōperta haberet: quæ diceret pastorē se fuisse: & omnes eos calles pcurrissē respondit: bis captū semel a persis in lycia: iterum ab ipso. Subit animū memoria regis oraculo editæ sortis: quippe consulenti responsum erat ducē in persidē ferentis uix lyciū ciuē fore. Igitur promissis quāta & præiens necessitas exigebat: & ipsius fortuna capiebat oneratiū armari iubet macedonū more: & quod bene uerteret: monstraret iter: quāuis arduum & præceps euasurum se esse cum paucis: nisi forte crederet: quo ipse pecoris causa isset. Alexandrum pro gloria & perpetua laude ire non posset: etiā atq; etiā docere captiuus quā difficile iter esset maxime armatis. Tū rex præsidē me inquit: accipe: neminem eorū: qui sequuntur recusaturū ire qua duces. Cratero igitur ad custodiā castrorū relicto cū peditibus quis assueuerat: & iis copiis quas Meleager ducebat: & sagittariis equitibus. M. præcipit: ut castrorū specie manente plures de industria ignes fieri imperet: quo magis barbari crederent ipsum regem in castris esse. Catez: si forte Ariobarzanes cognouisset per calliū anfractus eū intrare: & ad occupandū iter suum partem copiarū temp: assuet opponere. Craterus in eū illato terrore retineret ad ppius periculum conuersum agmen. Sin autē ipse hostē fefellisset: & saltū occupasset: cum trepidantiū barbarorum tumultum exaudisset persequentiū regē ad ipsum iret: quo pridie pulsi fuerant: nec dubitaret ingredi: quippe uacū fore hostibus in semet auerfis. Ipse tertia uigilia silenti agmine: ac ne tuba quidē dato signo pergīt ad demonstratū iter callium. Tridui alimenta portare militē iusserat leuiter armatū. Sed præter uias rupes ac prærupta saxa uestigiū subinde fallentia nix cummulata uento ingredienti fatigabat: quippe uelut in foueas deleti hauriebantur: & cū a cōmilitonibus leuantur: trahebant magis adiuuantes: quā sequebantur. Nox quoq; & ignota regio ac dux incertus an satis fidus multiplicabant metū. Si custodes fefellissent: quali feras bestias ipsos posse deprehendi. Ex unius captiui uel fide uel animo pendere & regis salutē & suā. Tandē uenere in iugū. A dextera iter ad ipsum Ariobarzanem erat: hic Philotā & Cenon cū Amynta & Polyperconte expeditā habentes manum præmisit monitos: ut quia eques pediti erat mixtus: & quā pinguiissimū esset solū & pabuli fertile: sensim procederent. Duces erant itineris de captiuis dati. Ipse cū armigeris & ala: quam agem appellant: ardua semita: sed longius altationibus hostium remota multa cum uexatione processit. Mediū erat dies: & fatigatis necessaria quies: quippe tātū dē itineris supererat: quantū emensi erant: sed minus præcipitis atq; ardui. Ita refectis cibo somnoq; militibus secunda uigilia surgit: & cætera quidem haud ægre præterit. Catez: qua se iugū montiū paulatim ad pleniora dimittit: ingens uorago concursu cauata torrentium iter ruperat. Ad hæc arborum rami alius alio implicati & coeuntes: ut perpetuam obiecerant spem. Desperatio igitur ingens adeo: ut uix lachrymis abstinerent: incesserat: præcipue obscuritas terrori erat. Nam etiam si qua sydera internitebant: continenti fronde tectæ arbores conspiciere prohibebant. Neaurium quidem uisus supererat siluas quatiente uento: qui concutientibus ramis maiorem q̄ pro flatu sonum redebant. Tādē expectata lux omnia: quæ terribiliora nox fecerat: minuit circūiri breui spatio poterat eluuiēs: & sibi quisq; dux itineris cœperat fieri. Euadūt ergo in editū uerticē: ex quo hostiū statione conspecta strenue armata tergo se ostēdunt nihil tale metuentibus: quorum pauci qui congregari ausi erant: cæsi sunt. Itaq; hic morietium gemitus: hinc ad suos recurrentium miserabilis facies: integros quoq; antea q̄ discrimen experirentur in fugam auerūt. Fremitu deinde in castra: quis Craterus

Alexāder
in iugū p
uenit.

Agem.

cent. Fratres ergastuli detrimenta : & quota pars nostri tot obire terras potest procul Europa in ultima orientis relegati senes debiles maiore membroꝝ parte mutilati tolle
rabimus. s. quæ armatos uictores fatigauerunt? Coniuges demum : quas captis fors
& necessitas unicum solatium applicuit; paruosq; liberos trahimus nobiscum an reli
quimus? Cum his uenientes nemo agnoscere uolet. Relinquemus ergo ex tēplo præ
sentium pignora; cum incertum sit: an uisuri simus ea: quæ petimus? Inter hos laten
dum est: qui nos miseros nosse cœperunt. Hæc Eutemon. Contra Theatus Athenien
sis orsus est dicere. Neminem pium habitu corporis suo æstimatur; utiq; sauitia ho / oratio.
stis non natura calamitosos. Dignum esse omni malo; qui erubesceret fortunæ: triste Dignus ē
enim de mortalitate ferre sententiam: & desperare debet misericordiam: quia ipse alte oi malo
ri denegaturus: sit deos (quod ipsi nunq̄ ausi optare forent) offerre patriam coniuges: q̄ erube
liberos: & quicquid homines uel uita æstimant: uel morte redimunt; quin illi ex hoc scit fortu
carcere erumperent alium domi esse cœli haustum: alium lucis aspectum: mores sa / nã.
cra: linguæ commercium etiam a barbaris expeti: quæ ingentia ipsi omissuri sunt sua
sponte: non ob aliud tam calamitosi: q̄ quod illi carcere coacti essent: se certe redditur
ad pœnates & in patriam: tantoq; beneficio regis usurum: si quos contubernii libero contuber
rumq; quos seruitus coegisset agnoscere: amor detineret: relinquerent: quibus nil pa
tria charius est. Pauci huius sententiæ fuere. Ceteros consuetudo natura potentior
uicit. Consenserunt petendum esse a rege: ut aliquã ipsis attribueret sedem. Centum
ad hoc electi sunt: quos Alexâder ratus quod ipse præstare cogitabat: petituros iumē Beneficia
ta: inquit assignari: quæ uos ueherent: & singulis uestrum mille denarium dari iussi. Alexâdri
Cum redieritis i graciã præstabo: ne quis statum suum: si hæc calamitas absit: ue / i gracos
stro credat esse meliorem. Illi abhorti lachrymis terram intuebantur: nec aut erigere
uultus: aut loqui audebant. Tandem rege tristitiæ causam exigente Eutemon similia
iis: quæ in consilio dixerat: respondit. Atq; ille non fortunæ solum eoz: sed etiam pœ / collata.
nitentiæ miseratus: terna milia denarium singulis dari iussit. Denæ uestes adiectæ sūt
& armenta cum pecoribus ac frumento data: ut coli seriq; attributus iis ager posset.
Postero die conuocatos duces copiarq; docet nullam infestiorē urbem graciis esse:
quam regiam ueterum perlidis regum. Hinc illa immensa agmina infusa hinc Dari
um prius: deinde Xerxem Europæ impium intulisse bellum. Excidio illius parendum
esse maioribus. Iamq; barbari deserto oppido: q̄ quenq; metus agebat: diffugerant: cū
& phalangem nil cunctatus inducit. Multas urbes refertas opulentia regia partim ex Regiã p /
pugnauerat: partim in fidem acceperat. Sed urbis huius diuitiæ uicere p̄terita: in hæc saꝝ diripi
totius p̄sidis opes congefserant barbari: aurq; argentūq; cumulatū erat. Vestis ingēs unt mace
modus: supplex nō ad uisum modo: sed ad ostērationē luxus cōperta. Itaq; inter ipsos dones.
uictores ferro dimicabat: p̄ hoste erat: q̄ p̄tiosiorē occupauerat p̄dã: & cū oia: q̄ reci
piebant: cape nō possent: iã res non occupabant: sed æstimabant. Lacerabāt regis
uestes ad se q̄sq; partē trahētes. Dolabris p̄tiosæ artis uasa cedebāt: nihil neq; intactū
erat nec itegrū ferebat. Abrupta simulacroꝝ mēbra: ut q̄sq; auellerat: trahebat: neq;
auaritia solū: sed et crudelitas in capta urbe crassata est. Auro argētoq; onusti uilia ca
p̄tuoꝝ corpora trucidabant: passimq; obuui cedebant: quos antea p̄tū sui miserabi
les fecerat. Multi ergo hostiū manus uoluntariã morte occupauerunt: p̄tiosissima ue
stiū iduti e muris semetipsos cū coniugibus ac liberis i p̄ceps iactantes. Quidã ignes
quod paulopost factururus hostis uidebat: subiecerāt ædibus: ut cū suis uiui cremarē
tur. Tandē suis rex corporibus & cultu fœminarum abstinere iussit. Ingens pecuniæ

captiuæ modus traditur: prope ut fidem excedat. Cæterum aut de aliis quoq; dubita-
 mus: aut credimus in huius urbis gaza fuisse. c. & .xx. milia talenta: ad quæ uehenda
 bis regiæ nanq; ad usus belli secū portare decreuerat: iumenta & camelos a suis & babylone cō-
 pſaræ re- trahi iussit. Accessere ad hanc pecuniæ summā captis persagadis. vi. milia talentorū
 gum. Cyrus Persagadū urbē condiderat: quā Alexandro præfectus eius Globaris tradidit
 Persaga- Rex arcem Persepolis. iiii. milibus Macedonum præsidio relictis Nicartidem tueri iu-
 dū opp. bet. Tyridati quoq; qui gazā tradiderat: seruatus est honos: quē apud Dariū habue-
 rat: magnaq; exercitus parte: & ī pedimentis ibi relictis Parmenionē cæterumq; præ-
 fecit. Ipse cum mille equitibus peditumq; expedita manu interiorē persidis regionem
 sub ipsum uigiliæ sydus petiit. Multisq; imbribus & prope intollerabili tempestate
 uexatus: procedere tamen quo intenderat: perseverauit. Ventū erat ad iter perpetuis
 oblitum niuibus: quas frigoris uis gelu astrinxerat: locorūq; squalor & solitudines ī-
 uia fatigatum militem terrebant: humanarum rerum terminos se uidere credentem.
 Omnia uasta: atq; sine ullo humani cultus uestigio attoniti intuebantur: & anteq̄ lux
 quoq; & cœlum ipsos deficerent: reuerti iubebant. Rex castigare territos superfedit.
 Cæterum ipse equo desiliit: pedesq; per niuē & concretam glaciē ingredi cœpit. Eru-
 buerunt non sequi primū amici: deinde copiarū duces: ad ultimum milites. Primusq;
 rex dolobro glaciē perfringens iter sibi fecit. Exemplū regis cæteri imitati sunt. Tan-
 dē propemodū in uias siluas emensi: humani cultus rara uestigia & passim errantes
 pecorū greges reperere: & incolæ: qui sparsis tuguriis habitabant: cū se callibus inuiis
 septos esse credidissent: ut conspexere hostium agmen interfectis: qui fugentes sequi
 Alexāder non poterant: deuios montes & oblitos niuibus petiuerunt. Inde per colloquia capti-
 psidē re- uorū paulatim feritate mitigata tradidere se regi: nec in deditos grauius consultū Va-
 degit in statis deinde agris persidis uicisq; cōpluribus reductis in potestatē: uentū est in mar-
 potestatē dorū gentē bellicosissimam: & multū a cæteris persis cultu uitæ abhorrentē. Specus
 Mardorū in montibus fodiunt: ī quos se ac coniuges & liberos condunt: pecorū aut ferarū carne
 gēs & eo uescuntur. Ne fœminis quidem pro naturæ habitu molliora ingenia sunt. Comæ pro-
 rū mores minent hirtæ: uestis super genua est: funda uinciunt frontē: hoc & ornamentū capi-
 tis: & tælum est: sed hanc quoq; gentē idem fortunæ impetus domuit. Itaq; trigesimo
 die: postq̄ a Persepoli profectus erat: eodem rediit. Dona deinde amicis cæterisq; p-
 Alexāder cuiusq; merito dedit: propemodū oīa: quæ in ea urbe cœperat: distributa. Cæterū in-
 uirtutes gentia animi bona illam indolē: qua omnes reges antecessit: illam in subeundis peri-
 fœdauit. culis constantiā: in rebus moliendis efficiēdisq; uelocitatem: in deditis fidem: in capti-
 uis clæmentia: in uoluptatibus permissis quoq; & ulitatis temperantiā: haud tollera-
 bili uini cupiditate fœdauit. Hoste & æmulo regni reparante tum maxime bellū nu-
 per subactis: quos uicerat: nouumq; imperium aspernantibus: de die inibat conuiuia
 quibus fœminæ intererant: non quidē quas uiolari nefas esset: q̄ppe pellices licentiū
 q̄ decebat cū armato uiuere assuetæ. Ex his una Thais & ipsa temulenta maximā apd
 oēs grecorū inituū gratiā affirmat: si regiā pſarū iussisset icēdi: expectare hoc eos quo-
 rum urbes barbari deleissent. Ebrio scorto de tāta referente sniam unus & alter & ipsi
 mero onerati assentiuntur. Rex quoq; fuit auidior: q̄ patiētior. Quin igit̄ ulciscimur
 grāciam: & urbi faces subdimus? Omnes incaluerant mero: itaq; surgunt temulenti
 ad incendendā urbē: cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiæ iniicit: tū cōui-
 uæ & ministri pellicesq;. Multa cedro ædificata erat regia: quæ celeriter igne cōcepto
 late fudit incendiū. Quod ubi exercitus: q̄ haud pcul ab urbe tēdebat: conspexit: for-

ruitū ratus ad opē ferendā concurrat. Sed ut ad uestibulū regiæ uentū est: uident regē
 ipsum adhuc aggerentē faces. Omissa igitur quā portauerant aqua: igni aridam mate-
 riam in incendiū iacere cœperunt. Hinc exitū habuit regia totius orientis: unde tot
 gentes ante iura petebāt. Patria tot regū uincus quōdā græciæ terror: molita. x. miliū
 nauitū classem & exercitus: quibus Europa inundata est: cōtabulato mari molibus p/
 fossisq; montibus: in quorū specus fretū immissum est. Ac ne longa quidē ætate: quæ ex
 cidiū eius secuta est: surrexit. Alias urbes habuere macedonū reges: quas nunc ha-
 bent Parthi. Huius uestigiū non inueniret: nisi araxes amnis ostenderet. Haud pro-
 cul mœnibus fluxerat: inde urbē fuisse. xx. stadiis distantē credunt magisq; sciunt ac-
 colæ. Pudebat Macedones tā clarā urbē a Cōmessabundo rege deletā esse. Itaq; res in
 seriū uersa est: & ipetrauerunt sibi: ut crederent illo potissimū modo fuisse delēdam.
 Ipsum ut primū grauatā ebrietate mentē quies reddidit: pœnituisse constat: & dixisse
 maiores pœnas per sas græcis daturus fuisse: si ipsum in solio regiæq; Xerxis respicere
 coacti essent. Postero die Lycio iūneris: quo perfidem intrauerat: duci. xxx. talēta do-
 no dedit. Hinc in regionem Mediæ transiit: ubi supplementū nouorū militū e Cilicia
 occurrit. Peditum erant quinq; milia: equites mille. Vtrisq; Plato Atheniēsis præerat
 his copiis auctus Dariū persequi statuit: ille iam Ebataua perucnerat caput Mediæ.
 Urbem hanc nunc tenent parti: ea æstiuā agentibus sedes est. Adire deide bactra de-
 creuerat: sed ueritus ne celeritate Alexandri occuparetur: consiliū iterq; mutauit. Abe-
 rat ab eo Alexander stadia. M. d. sed iā nullū interuallū aduersus celeritatem eius satis
 longum uidebatur. Itaq; prælio magis q̄ fugæ se præparabant. xxx. milia peditum se-
 quebant: in quibus græcorū erant. iiii. milia fideliter erga regem ad ultimum inuicta
 funditorum quoq; & sagittariorum manus. iiii. milia expleuerat: præter hos. iiii. milia
 & .ccc. equites erant maxime parthienorū. Bessus præerat bactrianæ urbis regionisq;
 præfectus. Cū hoc agmine Darius paulū declinauit uia militari: iussis præcedere ly-
 xis impedimentorū custodibus. Consilio deinde aduocato: si me cum ignauis iquit &
 plurimis qualemcūq; morte honesta uitam pluris æstimantibus fortuna iunxisset:
 tacerē potius: quā frustra uerba consumerē: sed maiore quā uellē documento & uir-
 tutem uestram: & fidem expertus magis etiam eo niti debeo: ut dignus talibus amicis
 sim: quā dubitare an uestri similes adhuc sitis. Ex toto milibus: quæ sub imperio fue-
 runt meo bis me uictū: bis fugientē persecuti estis. Fides uestra & constantia: ut regē
 me esse credā: facit. Proditores & transfugæ in urbibus meis regnant: non Hercule q̄
 tanto honore digni habeant: sed ut p̄miis eorū uestri sollicitent animi. Meā tamē for-
 tunā quā uictoris malluistis sequi: dignissimi quibus si ego nō possim: dii pro me gra-
 tiā referant & me Hercule referēt. Nulla erit tā surda posteritas: nulla tā ingrata fama
 quæ non in cœlū uos debitis laudibus ferat. Itaq; et si consiliū fugæ a qua multum ab-
 horret aīus agitallem: uestra tñ uirtute fratus obuiā issem hosti. Quousq; n. i regno
 exulabo: & per fines iperū mei fugiā externū & aduenā regē: cū liceat experto belli
 fortunā aut reparare: quæ amisi: aut honesta morte defungi: nisi forte fatius est expe-
 ctare uictoris arbitriū: & Mazei & Mithienis exēplo p̄cariū accipe regnū nationis uni-
 us: ut iā mallit ille iræ suæ: q̄ gloriæ obsequi. Nec dii sciuert: ut hoc d'cus mei capitis
 aut demere mihi q̄sq; aut condēnare possint: ne hoc iperū uiuus amittā. Idēq; erit re-
 gni mei: qui & spiritus finis. Si hic aīus: si hæc lex nulli non parta libertas est: nemo e-
 uobis fastidiū Macedonū nemo uultū superbū ferre cogēt. Sua cuiq; dextera aut ul-
 tionem tot malorū pariet: aut finem. Equidem q̄ uersalibus fortuna sit: documentum

Alexādꝛ

pœnituit

incēdi se

urbē p̄sa-

rum

Pla. athe-

nienſis.

Ebataua

caput me-

diæ ubi

erat dari-

us.

Copiæq;

darii nu-

merus.

Darii ora-

tio.

in V

p̄ncipibꝛ

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

in V

iple sum. Nec imerito mitiores uices eius expecto. Sed si iusta ac pia bella dii aduersatur fortibus tamen uiris licebit honeste mori. Per ego uos decora maiorum: quod totius orientis regna cum memorabili laude tenuerunt: per illos uiros: quibus stipendium macedonia quondam tulit: per tot nauium classes in gratiam missas: per tot trophaea regum oro & obtestor: ut nobilitate uestra gentisque dignos spiritus capiatis: ut eadem constantia animo: qua praeterita tolleratis experiamini: quicquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut uictoria egregia nobilitabit: aut pugna. Hac dicente Dario praesentis periculi species omnium simul corda animosque horrore perstrinxerat: nec aut consilium superpetebat: aut uox: cum Artabazus uetustissimus amicorum: quem hospitium fuisse Philippi saepe diximus. Nos uero inquit: praetiosissimam uestem induti: armisque quanto maximo cultu possumus: adornati regem in aciem sequemur: ea quidem mente: ut uictoriam speremus mortem non recusemus. Assensum exceperunt caeteri hanc uocem. Sed Nabarzanes: qui in eodem consilio erat cum Besso: inauditi antea facinoris societate inita regem suum per milites: quibus ambo praerant: comprehendere & uincere decreuerant ea mente: ut si Alexander ipsos insecutus foret: tradito rege uiuo inirent gratiam uictoris: magni profecto coepisse Dariam aestimari. Sin autem eum effugere potuissent: interfecto Dario regnum sibi occuparent: bellumque renouarent. Hoc parricidium cum diu uoluntassent: Nabarzanes aditum nefariae spei praeparans. Scio me: inquit sententiam esse dicturum prima specie haud quam auribus tuis gratam. Sed medici quoque grauiores morbos aspersis remediis curant: & gubernator ubi naufragium timet: iactura quicquid seruari potest: redimit. Ego tamen: non ut damnum quidem facias suadeo: sed ut te: ac regnum tuum salubri ratione conserues. Diis aduersis bellum inimus: & pertinax fortuna per fas urgere non desinit. Nouis initiis & hominibus opus est. Auspiciis & imperium alii tradiderim: qui tam diu rex appelletur: donec Asia decedat hostis. Victor deinde regnum tibi reddat: hoc autem breui futurorum ratio promittit. Bactra intacta sunt. Indi & Sagae in tua potestate: tot populi: tot exercitus: tot equitum peditumque milia ad renouandas uires paratas habent: ut maior belli moles super sit: quam exhausta sit. Quid ruimus balluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium uirorum est: magis mortem concernere: quam odisse uitam. Saepe taedio laboris ad uilitatem sui compellunt ignaui. At nihil in expertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est: ad quam non pigre ire satis est. Proinde si bactra: quod tutissimum receptaculum est petimus: praefectum regionis eius Bessum regem temporis gratia statuamus. Compolitibus rebus iusto regi tibi fiducia restituet imperium. Haud mirum est Dariam non nunc temperasse animo: quamquam tam impiae uoci quantum nefas subesset: latebat. Itaque pessimum inquit mancipium reperisti oportatum tibi tempus: quo parricidium aperires. Strictoque Acinace interfecturus uidebatur: nisi propere Bessus bactrianique deprecarentur tristium specie. Caeterum si perseueraret: uincturi circumstetissent. Nabarzanes interim elapsus mox: & Bessus secutus copias: quibus praerant a caetero exercitu secedere iubent: secretum inuitum consilium. Artabazus conuenientem praesenti fortunae sententiam orsus mitigare Dariam temporum identidem admonens coepit. Ferret aequo animo qualiumcunque suorum uel stulticiam: uel errorem. Instare tamen Alexandrum grauem: etiam si omnes praesto essent. Quid futurum: si persecuti fugam ipsius alienentur a rege? Ea re paruit Artabazo: & quamquam mouere castra statuerat: turbatis tamen omnium animis eodem in loco substitit. Sed attonitus maestitia simul & desperatione tabernaculo se inclusit. Ergo in castris quae nullius regebant imperio: uarii animorum motus erant: nec in comune

antea consulebatur. Dux græcorum militum Patron arma capere suos iubet: para-
 tosque esse ad exequendum imperium. Persæ secesserant, Bessus cum bactrianis erat:
 temptabatque persas abducere Bactra: & intactæ regionis opulentiam: simulque quæ ma-
 nentibus instarent: pericula ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit uox: nefas
 esse deserere regem. Inter hæc artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis. Ille
 persarum tabernacula circuire: hortari: monere nunc singulos: nunc uniuersos non
 ante destitit: quã satis constare imperata facturos. Idem ægre a Dario impetrauit: ut
 cibum caperet: animũque regis aduerteret. At Bessus & Nabarzanes olim agitatũ sce- Bessus &
 lus exequi statuunt: regni cupiditate accensi. Dario autem incolumi tantas opes spe- Nabarza
 rare non poterant: quippe in illis habentibus regnum eximia maiestas est: ad nomen nes
 quoque barbari conueniunt: & pristina ueneratio fortunæ sequitur aduersam. Inflabat
 impios animos regio cui præerant armis uirisque: & spacio locorum nulli earum gen-
 tium secunda. Tertiam partem asiæ tenet: multitudo iuniorum: exercitus quos ami-
 serat Darius æquabat. Itaque non illum modo: sed etiam Alexandrum spernebãt. Inde
 uires imperii petiti: si regionis potiri contigisset. Diu omnibus cogitatis placuit per
 milites bactrianos ad omne obsequium destinatos regem comprehendere: mittique nũ-
 tium ad Alexandrum: qui indicaret uiuum asseruari eum. Si id quod timebant: pro-
 ditionem aspernatus esset occisuri Darium & bactra cũ suarũ gentium manu petitu-
 ri. Cæterum pro palam comprehendi Darius non poterat tot persarum milibus latu-
 ris opem regi: græcorum quoque fides timebatur. Itaque quod nõ poterant uí fraude as-
 sequi temptant. Pœnitentiã secessionis simulare decreuerant: & excusare apud regem Pœniten
 consternationem suam. Interim qui persas sollicitarent mittuntur: hinc spe: hinc me- tiã, seces-
 tu militares animos uersant: ruina rerum illos subdere capita: in perniciem trahi: cũ sionis si-
 bactra pateant exceptura eos donis & opulentia quantam animis concipere non pos- mulant.
 sint. Hæc agitantibus Artabazus superuenit siue regis iussu: siue sua sponte affirmãs
 mitigatum esse Darium & eundem illis amicitia gradum patere apud regem. Illi lachry-
 mantes nunc purgare se: nunc Artabazum orare ut causam ipsorum tueretur: præcesque
 perferret. Sic peracta nocte sub lucis ortu & Nabarzanes cum bactrianis militibus Nabarza
 in uestibulo prætorii aderat titulum solennis officii occulto sceleri præferens. Darius si- nis fictæ
 gno adeundum dato currum pristino more conscendit. Nabarzanes cæterique parri- lachry-
 cidæ procumbentes humi quem paulopost in uinculis habituri erant: sustinere ue- mã.
 nerari lachrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt: adeo humanis ingeniis pa- Darius
 rata simulatio est. Præces deinde suppliciter admotæ. Darium natura simplicem & simplex
 mitem non credere modo quæ affirmabant: sed etiam flere coegerunt. Ac ne tum qui- & mitis.
 dem cogitati sceleris pœnituit: cum intuerentur qualem & regem & uirum fallerent.
 Ille quidem securus periculi: quod instabat Alexandri manus quas solas timebat: ef-
 fugere properabat. Patron autem græcorum dux præcepit suis ut arma: quæ in sarcis Patron
 nis antea ferebantur induerent: ad omne imperium suum parati & intenti. Ipse currum græcorum regis
 regis sequebatur occasione imminens alloquendi eum: quippe Bessi facinus præsen- dux.
 ferat. Sed Bessus ipsum metuens: custos uerius: quam comes a curru non recedebat.
 Diu ergo Patron cunctatus ac sapius sermone reuocatus inter fidem timoremque hæ-
 sitans regem intuebatur: qui ut tandem auertit oculos. Bubacem spadonem inter pro-
 ximos currum sequentem percunctari iubet: nunquid ipse uelit dicere? Patron ue- Patron
 ro se sed remotis arbitris loqui uelle cum eo respondit. Iustusque propius accedere sine Darium
 interprete. (Nam haud rudis græcæ linguæ Darius erat.) Rex inquit ex quinquaginta alloquit.

milibus græcorum superfluum pauci: omnes fortunæ tuæ comites: in hoc tuo statu
 iidem: qui florente te fuimus: quascūq; sedes elegeris: pro patria & domesticis rebus
 perituri. Secundæ aduersæq; res tuæ copulauere nos tecum. Per hanc fidem inuictâ
 oro & obtestor: in nostris castris tibi tabernaculum statue: nos corporis tui custodes
 esse patiaris. Amisimus græciam: nulla bac̄tra sunt nobis: spes omnis in te: utinâ &
 in cæteris esset. Plura dici non attinet. Custodiam corporis tui externus & alienigena
 non deposcerem: si crederē alium posse præstare. Bessus quærat græci sermonis igna-
 rus: tamen stimulante conscientia inditium profecto patronem detulisse credebat: &
 interpretis græci relato sermone exempta dubitatio est. Darius autem quantum ex uul-
 tu concipi poterat: haud sane territus: percunctari patrona causam consilii quod af-
 ferret: cepit ille non ultra differendum ratus. Bessus inquit & Nabarzanes insidian-
 tur tibi in ultimo discrimine & fortunæ tuæ: & uitæ. Hic dies aut parricidis: aut tibi fu-
 turus ultimus. Et patron quidem egregiam conseruati regis gloriam tulerat. Eludant
 uidelicet: quibus forte ac temere humana negotia uolui agiq; persuasum est. Equidē
 aeterna constitutione crediderim nexuq; causarum latentium & multo ante destinata
 rum suum quæq; ordinem imutabili lege percurrere. Darius certe respōdit: quāquā
 sibi græcorum militum fides nota sit: nūq; tamen a popularibus suis recessurum: dif-
 ficilius sibi esse damnare: quam decipi: quicquid sors tulisset: inter suos perpetui mal-
 le quam transfugam fieri. Sero se perire: si saluū esse sui milites nollent. Patron despe-
 rata salute regis ad eos: quibus p̄erat: rediit omnia pro fide experiri paratus. At Bes-
 sus occidendi protinus regis impetum conceperat. Sed ueritus ne gratiam Alexādi
 ni uiuum eum tradidisset: inire non posset: dilato in proximam noctem sceleris con-
 silio agere gratias incipit: quod per sidi hominis insidias iam Alexandri opes spectan-
 tis prudenter cauteq; uitasset: donum eum hosti laturum fuisse regis caput: nec mira-
 ri hominem mercede conductum omnia habere uanalia: sine pignore: sine lare: ter-
 rarum orbis exulem ancipitem hostem ad nutum licentium circūferri. Arguenti de-
 inde se deosq; patrios testes fidei suæ inuocāt. Darius uultu assentiebat: haud dubius
 quin uera deferentur a græcis: sed eo rerum uentum erat: ut tam periculosum esset
 non credere suis: q̄ decipi. xxx. milia erant quorum inclinata in scelus leuitas timebat
 quattuor milia Patron habebat: quibus si credidisset salutem suam: damnata popula-
 rium fide parricidio excusationem uidebat offerri. Itaq; præoptabat imerito qui iure
 uiolari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit. Alexandri sibi non mi-
 nus iusticiam: q̄ uirtutem esse perspectam. Falli eos: qui prodicionis ab eo præmium
 expectent. Violatæ fidei neminem acriorem fore uindicem ultorēq;. Iamq; nox appa-
 rebat: cum per sæ more solito armis positis ad necessaria ex proximo uico ferenda dis-
 currunt. At bac̄triani: ut imperatū erat a Besso: armati stabant. Inter hec Darius Ar-
 tabazū acciri iubet expositisq; quæ Patron detulerat: haud dubitare Artabazus quin
 transeundum esset in castra græcorū. Perlas quoq; periculo uulgato secuturos. De-
 stinatus sorti suæ: & iam nullius salubris consilii patiens unicum in illa fortuna opem
 Artabazum ultimum illum uisurus amplectitur. Perfususq; mutuis lachrymis inhe-
 rentem sibi auelli iubet: capite deinde uelato: ne inter gemitus digredientē uelut a re-
 ge intueretur: in humū pronū corpus abiicit. Tum uero custodiæ eius assueti: quos
 regis salutem uel periculis uitæ tueri oportebat: dilapsi sunt cū armatis: quos iam ad-
 uentare credebant: haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo sollicitudo
 erat: paucis spadonibus: quia quo discederent non habebant circūstantibus regē. At

Huma-
 na nego-
 cia mul-
 to ante
 destinata
 nō posse
 mutari.

ille remotis arbitris: diu aliud atq; aliud consilium animo uolutabat. Iamq; solitudinē suam pauloante pro solatio petiuerat: prorsus Bubacem uocari iubet: quē intuens, Ite (inquit) consulite uobis ad ultimum regi uestro: ut decedebat: fide exhibita. Ego hic legem fati mei expecto. Forsitan mireris quod uitam non finiam: alieno scelere: q̄ meo mori malo. Post hanc uocem spado gemitu nō modo tabernaculum: sed etiam castra compleuit. Irrupere deinde alii laceratisq; uestibus lugubri & barbaro ululatu regem deplorare cœperunt. Persæ ad illos clamore perlato attoniti metu nec arma capere: ne in bactrianos inciderent: nec quiescere audebant: ne impie deserere regem uiderentur. Varius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Besso & nabarzani nuntiauerant sui regem a semetipso interemptum esse. Planctus eos deceperat. Itaq; citatis equis aduolant: sequentibus quos ad ministerium seeleris delegerant: & cum tabernaculū intrassent: qui regē uiuere spadones indicabant comprehendī uinciriq; iusserunt. Rex curru pauloante uectus & deorum auspiciis a suis honoribus cultus nulla externa ope admota: captiuus seruorum suorū in sordidum uehiculū pellibus undiq; contactus imponitur: pecunia regis & suppellex quasi iure belli diripitur: onustiq; præda per scelus ultimū parta fugam intendunt. Artabazus cum iis: qui imperio parebant: græcisq; militibus Parthienē petebat omnia tūctiora parricidarum contuitu ratu. Persæ promissis Bessi onerati maxime: quia nemo alius erat quē sequerentur: coniungere se bactrianis. Agmē eorum tertio assecuti die: ne tamen honos regi non haberetur: aureis compedibus Darium uinciunt: noua ludibria subinde excogitate fortuna. Et ne forte cultu regio posset agnosci: sordidis pellibus uehiculum intexerant: ignoti iumēta agebant: ne percunctantibus in agmine monstrari posset: custodes procul sequebantur. Alexander audito darium mouisse a Batauis: omisso itinere: quod petebat in mediam fugientem insequi pergit strenue. Tabas oppidum est & in parte lacene ultima quo ubi peruenit: ibi transfugæ nuntiant præcipitem fuga bactra petere Darium. Certiora deinde cognoscit ex Bagistone babylonio: non equidem uinctum regem: sed in periculo esse aut mortis aut uinculorum affirmabat. Rex ducibus conuocatis maximum (inquit) opus sed labor breuissimus superest. Darius haud procul destitutus a suis aut uinctus: aut oppressus ē. In illo corpore posita est uictoria nostra: & tanta res celeritatis est præmiū. Omnes pariter conclamāt paratos ipsos sequi: nec labori nec periculo parceret. Igitur raptim agmen cursus magis q̄ itineris modo ducit: ne nocturna quidem quiete diurnū laborem relaxante. Itaq; quingenta stadia processit peruentūq; erat in uicum: in quo Darium Bessus comprehenderat. Ibi melon Darii interpres excipitur corpore aeger non potuerat agmen sequi: & deprehensus celeritate regis transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit: sed fatigatis necessaria quies erat. Itaq; delectis equitū. vi. milibus trecentos quos dimichas appellant: adiungit dorso hi grauiora arma portabant: cæterum equis uehebantur: cum res locus posceret: pedestris acies erat. Hæc agentē Alexandrum adeunt Orsillos & Mythracenis qui Bessi parricidium exosi transfugerant: nuntiabantq; stadia. d. abesse persas: ipsos breuius iter monstraturos. Gratus regi aduentus transfugarum fuit. Itaq; prima uespera ducibus iisdē cum expedita equitum manu monstratam uiam ingreditur: phalange quantum festinare posset: sequi iussa. Ipse quadrato agmine incedens ita cursum regebat: ut primi coniungi ultimis possent. ccc. stadia processerant: cum occurrit Brocullus Mazei filius Syriæ quondam prætor. Is quoq; transfuga nuntiabat bellum haud amplius q̄. cc. stadia abesse.

Darius
seruorū
suorū ca
ptiuus.

Darius
aureis cō
pedibus
uincitur
Tabas
opp.

Dimiche
Transfu
gæ ad ale
xandrū.

Exercitum utpote qui nihil præcauerat in compositum inordinatūq; procedere: hircaniam uideri petituros: si festinaret sequi palantes super uenturum. Darium adhuc uiuere. Strenuo alioquin cupiditatem consequendi transfugas iniecerat. Itaq; calcariibus subditis effuso cursu eunt. Iamq; fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur: sed prospectū ademerat pulueris nubes. Paulisper ergo inhibuit cursum: donec consideret puluis. Iamq; conspecti a barbaris erant: & abeuntium agmen conspexerant: nequaquam futuri pares: si Besso tantum animi fuisset ad prælium quantum ad parricidium fuerat. Namq; & numero barbari præstabant & robore. Ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri & fama maximū in bello utiq; momentum pauidos in fugam conuertit. Bessus & ceteri facinoris eius participes uehiculum Darii assecuti cœperunt hortari eum: ut conscenderet equum: & se hosti fuga eriperet. Ille deos ultores adesse testatur: & alexandri fidem implorans negat se parricidas uelle comitari. Tum uero ita quoq; accensi tæla iniiciunt in regem: multisq; confossum uulneribus relinquunt. Iumenta quoq; ne longius prosequi possent: conuulnerantur: duobus seruis: qui regem comitabantur: occisis. Hoc edito facinore ut uestigia fugæ spargerent. Nabarzanes hircaniam: Bessus bactra paucis equitum comitantibus petebant. Barbari ducibus destituti: qua quæq; aut spes ducebat: aut pauor discipabantur. d. tantum equites congregauerant se: incerti adhuc resistere ne melius esset: an fugere. Alexander hostium trepidatione comperta. Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam præmittit. Ipse cum cæteris sequitur. iii. ferme milia resistētium agmina occisa sunt reliquum agmen more pecudum intactū agebatur: iubente rege ut cædibus abstineret. Nemo captiuorum erat: qui monstrare Darii uehiculum posset: singuli ut quæq; præhæderet: scrutabantur: nec tamē ullū uestigium fugæ regis extabat. Festinantem Alexandrum uix tria milia equitum percuta sunt. At in eos: qui lentius sequebantur: incidebant uniuersa fugientium agmina uix credibile dictu plures captiui: q̄ qui caperent erant: adeo omnem sensum terribis fortuna penitus excusserat: ut nec hostium paucitatem: nec multitudinem suam satis cerneret. Interim iumenta: quæ Darium uehebant: nullo regente decesserant militari uia: & errore delata per. iiii. stadia in quadam uale constiterant æstu simulq; uulneribus fatigata. Haud procul erat fons: ad quē monstratum a peritis Polystratus macedo siti maceratus accessit. Ac dum galea haustam aquā sorbet: tæla iumentorū deficiētium corporibus fixa cōspexit. Miratusq; cōfossa potius quā abacta eē semiuui hoīs.

Bellum Interim dum talia fierent ab Alexandro: bellum ortum est inter Macedonas & lacedæmonios. Antipater macedonicæ præfectus in hoc bello contra regē lacedæmoniorum obtinuit: sicut hic exponitur: pugnae discrimen immisit: obruncatisq; q̄ promptius resistebant: magnam partem hostium propulit. Cœperant fugere uictores: donec auidius sequentes in planum deduxere. Multi cadebant sed ut primū locus: in quo stare posset fuit: equis uiribus dimicatum est. Inter omnes tamen lacedæmonios rex eminebat non armorū modo & corporis specie: sed etiā magnitudine animi: quo uno uinci non potuit. Vndiq; nunc cominus: nunc eminus petebatur: diuq; arma circumferens alia tæla clypeo excipiebat corpore alia uitabat: donec hasta scœmora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantē. Ergo clypeo suo exceptū armigeri raptim in castra referebant iactationem uulnerum haud facile tollerantem. Nec tamen omisere lacedæmonii pugnam: & ut primum sibi q̄ hosti æquiores locū capere potuerunt: densatis ordinibus effusi fluētē in se acie expetere: non aliud discrimē uehe-

mentius fuisse memoria proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedæmonii uetera Macedones præsentia decora intuebantur: illi pro libertate: hi pro dominatione pugnabant. Lacedæmoniis dux: Macedonibus locus deerat. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem modo metum utriusque partis augebat: uelut de industria inter fortissimos uiros certamen æquante fortuna. Cæterum angustia loci in quo hæserat pugna: non patiebantur totis ingredi uiribus. Expectabant ergo plures: qui inierant prælium: & qui extra tali iactu erant: clamore inuicem suos accedebant. Tandem laconum acies languescere lubrica arma sudore uix sustinens pedem deinde referre cepit: ut urgente hoste apertius fugeret. Insequebatur dissipatos uictos: & mensus cursu omne spatium: quod acies laconum obtinuerat ipsum Agim persequabatur. Ille ut fugam suorum & proximos hostium aspexit: deponi se iussit expertusque membra an impetum animi sequi possent: posteaque deficere se sensit: poplitibus semet excepit: galeaque strenue sumpta clypeo protegens corpus hastam dextra uibrabat ultro uocans hostem: si quis iaceti spolia demere auderet: nec quisquam fuit: qui sustineret cominus congreri. Procul missilibus appetebat: ea ipsa in hostem retorques donec lancea nudo pectori infixæ est: qua ex uulnere euulsa inclinatum ac deficientes caput clypeo paulisper excepit. Deinde linquente spiritu pariter ac sanguine moribundus in arma procubuit. Cecidere lacedæmoniorum quinquaginta milia & .ccc. & .lxx. ex macedonibus haud amplius .ccc. Cæterum uix quisquam nisi saucius reuertit in castra. Hæc uictoria non spartam modo sociosque eius sed et omnes qui fortunam belli spectauerant fregit. Nec fallebat Antipatrum dissentire ab animis gratulantiu uultus: sed bellum finire cupienti opus erat decipi: & quam fortuna regi placebat: inuidiam tamen: quæ maiores res erant: quam quas præfecti modus caperet: metuebat quippe Alexander hostes uici uoluerat. Antipatrum uicisse ne tacitus quidem indignabatur suæ dempti gloriæ existimans: quicquid cecidisset alienæ. Itaque Antipatrus: qui probe nosset spiritum eius: non est ausus ipse agere arbitrio uictoriae: sed consilium graecorum: quod fieri placeret: consuluit: a quo lacedæmonii nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret præcari: grate ueniam defectionis præter auctores impetrauerunt. Megalopolitani: quorum urbs erat obsessa: ad defectionis eius multam Ac hasetoli .c. xx. talenta dare iussi sunt. Hic fuit exitus belli quod repetere ortum prius: tamen finitum est quam Darium Alexander apud Arbellam superaret. Sed ut primum instantibus curis laxatus est animus militariu rerum quam quietis otiumque patientior: excepere eum uoluptates: & quæ arma perferre non fregerant uitia uicerunt. In tempestiua conuiuia & perpotandi puigilandi que insana cupido ludique & greges pellicum omnia in externum lapsa sunt more: quemque æmulatus quasi potiore suo ita popularium animos oculosque pariter offendit: ut plerisque amicorum pro hoste haberetur. Tenaces quippe disciplinae suæ solitosque parco ac parabili ad uictum impleta naturæ desideria defungi: in peregrina & uictarum gentium mala impulerat. Hinc sapius comparata in caput eius insidia: secessio militum: & liberior inter mutuas quærelas dolor. Ipsius deinde nunc ira: nunc suspiciones: quas excitabat inconsultus pauor cæteraque his similia: quam deinde dicetur. Igiter cum in tempestiuis conuiuibus dies pariter noctesque consumeret: saucierat epularum ludis interpolabat: non contentus artificum: quos e gratia excitauerat: turbæ quippe captiuae sceminarum iubebant suo ritu canere inconditum & abhorrens peregrinis auribus carmen. Inter quas unam rex ipse conspexit moestiores quam cæteras: & producibus eas uerecunde reluctantem. Excellens erat forma: & formam pudor honestabat: deiectis in terram oculis: & quantum licebat: ore uelato suspitionem

Quot in
plio utri-
que cecide-
re.

Alexan-
drum ui-
tia uice-
runt.

præbuit regi nobiliorem esse: quæ ut inter conuiuales ludo deberet ostendi. Ergo interrogata quæ nam esset neptè se Ochi: qui nuper regnasset in persis; filio eius genitæ esse respondit. Vxorē histapsis fuisse. Propinquus hic Darii fuerat magni: & ipse exercitus prætor. Adhuc in animo regis tenues reliquæ pristini moris hærebant. Itaque fortunam regis stirpe genitæ: & tam celebre nomē neptè Ochi reueritus non dimitti modo captiuam: sed etiam restitui ei suas opes iussit. Virum quoque requiri: ut reperto cōiugem redderet. Postero autem die præcepit Ephestioni: ut omnes captiuos in regiā iuberet adduci. Vbi singulorum nobilitate spectata: secreuit a vulgo: quorum eminebat genus Decē hi fuerunt: inter quos repertus est Oxatres Darii frater: non illius fortuna: quæ indole animi sui clarior. xxvi. milia talentorum proxima præda reducta erant equis. xii. milia in congiarium militum assumpta sunt. Par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est. Oxidates erat nobilis perses qui a dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in uinculis. Huic liberato satrapeam mediæ attribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum omni uetustate charitatis honore seruato. Hinc parthienem peruentum est nunc ignobilem gentem: nunc caput omnium: qui post Euphratem & Tygrin amnes siti rubro mari terminant. Scythæ regionē campestrē ac fertilem occupauerunt: graues ad hæc accolæ sedes habent & in Europa: & in Asia. Qui super Bosphorū mare colunt: ascribuntur asiæ. At qui in Europa sunt a leuo Thraciæ latere ad boristhenem: atque idē ad tanaim alium amnem recta plaga attinent. Tanaïs Europam & asiam mediis interfuit: nec dubitat: quin scythæ: qui parthos condiderunt: non a bosphoro: sed ex regione Europæ penetrauerint. Vrbs erat ea tēpestare clara Atomphilos condita a græcis. Ibi statua res habuit com meatibus undique aduectis. Itaque rumor otiosi militis uirum sine auctore percrebuit: regem contentum rebus quas gessisset in Macedoniam protinus redire statuisse. Discurrunt lymphatis similes in tabernacula: & itineris sarcinas aptant: signo dato credentes: ut uasa colligerent. Totis castris tumultus hinc contubernales suas requirentium. Hinc onerantium plaustra perfert ad regem. Fecerant fidē rumore temere uulgato græci milites redire iussi domos: quorum equitibus singulis denariorum sena milia dono dederat. Ipsi quoque finē militiæ adesse credebant. Haud secus quæ par erat territus Alexander: qui indos atque ultimam orientis peragrarē statuisse: perfectos copiarum in portum contrahit. Obortisque lachrymis ex medio gloriæ spatio reuocari se uicti magis quam uictoris fortunam in patriam relaturus conquestus est: nec sibi ignauiam militum obstare: sed deorum inuidiam que fortissimis uiris subitū patriæ desiderium admouissent: paulo post in eadē cum maiore laude fama que redituris. Tum uero pro se quisque operam suam offerre: & difficilima quæque poscere policeri militum quoque obsequium: si animos eorum leui & apta oratione permulcere uoluisset. Nunquam fractos & abiectos recessisse: quoties ipsius alacritatem & tanti animi spem haurire potuissent: ita se facturum esse respondit. Illi modo uulgi aures præparent sibi: satique omnibus: quæ in rem uidebantur esse compositis: uocari ad concionem exercitum iussit: apud quem talem orationem habuit. Magnitudinem rerum quas gessimus milites intuentibus nobis: minime mirum est: & desiderium gentium: & satietatem gloriæ occurrere: ut omittam illyricos: Triballos: Boetiam: Thraciam: Spartam: Acheos: Peloponnesum: quorum alia ductu meo: alia imperio auspicioque perdomui. Ecce orsi bellum ad hellepontum ionas eolidem seruitio barbariæ impotentis exemimus. Cariam: Lydiam: Cappadociam: Phrygiam: Paphlagoniam: Pamphiliam: Pisides: Ciliciam: Syriam: Phœnicem: Armeniam: Persidem: Medos: Parthienem habemus

Oxatres
darii frater.

Parthi-
ne.

Tanaïs
flu.
Atomphi-
los.

Græci
milites
domos re-
dire iussi.

Alexandri
Oratio
ad mili-
tes.

in potestate. Plures puincias complexus sum; q̄ alii urbes coeperunt; & nescio an enu-
 meranti mihi quaedam ipsarū rerum multitudo subduxerit. Itaq; si crederem satis cer-
 ram esse possessionē terrarum; quas tanta uelocitate domuimus; ego uero milites ad
 penates meos ad parentē sororesq; & ceteros ciues uel retinētibus uobis erumperem
 ut ibi potissimū parta uobiscum laude & gloria fruerer; ubi nos uberrima uictoriae p̄-
 mia expectant; liberorū coniugum parentumq; laetitia; pax quies rerum per uirtutem
 partaq; secuta possessio. Sed in nouo; & si uerum fateri uolumus precario imperio ad
 huc iugum eius rigida ceruice subeūtibus barbaris tempore milites opus est; dū mi-
 tioribus ingeniis imbuūtur; & effaratos melior cōsuetudo permulcet. Fruges quoq;
 maturitatem statuto tempore expectant; adeo etiam illa sensus omnis experti tamen
 sua lege mitescunt. Quid creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assuetas non
 sacris; non moribus; non cōmercio linguā nobiscū cohārentes eodem praelio domitas
 esse; quo uictae sunt? Vestris armis continentur; non suis moribus. Sed qui praesentē
 metuunt; in absentia hostes erunt. Cū farris bestiis res est; quas captas & inclusas;
 quia ipsarum natura nō potest longior dies mitigat. Et adhuc sic ago tanq̄ omnia sub
 acta sint armis; quaeq; fuerunt in ditione Darii. Hircaniam Nabarzanes occupauit.
 Bactra non possidet solum parricida Bestus; sed etiam minatur. Sogdiani Dacae Mas-
 fagerae Sagae indi sui iuris sunt. Omnes hi simul; si terga nostra uiderint sequēt illi. n.
 eiusdē natōis sūt; nos alienigenae & externi. Suis autē quicq; parent placidius etiā cū is
 p̄est; q̄ magis timeri potest. Proinde aut quae coepimus; omittenda sunt; aut quae non
 habemus occupāda. Sicut in corporibus agris milites; nihil qd̄ nocitur; ē; medici re-
 linquūt; sic nos; qcqd̄ obstat; imperio recidamus. Parua saepe scintilla contēpta magnū Parua sci-
 excitauit incēdiū. Nil tuto ī hoste despiciūt; quē spreueris; ualētiorē negligētia facies. tilla ma-
 Ne darius qd̄ hāreditariū p̄sar; accipit imperiū. Sed in sedē Cyri beneficio Bagoe ca-
 strati hominis admissus; ne uos magno labore credatis bellum uacū regnū occupa-
 turū. Nos uero peccauimus milites; si Dariū ob hoc uicimus; ut seruo eius traderem⁹ uit incen-
 imperiū; qui ultimum ausus scelus; regem suum etiam externae opis egentē; certe cui-
 dium. nos uictores pepercisse; quasi captiuū in uinculis habuit; ad ultimū ne a nobis cō-
 seruari posset; occidit. Hūc uos regnare patiemini; quem equidē crucifixum uidere
 festino; omnibus regibus gētibusq; & fidei; quam uiolauit; meritas p̄enas soluentē.
 At Hercule si mox eundem graecorum urbes; aut hellepontum uastare nuntiatū erit
 uobis; quo dolore afficiemini; bellum p̄mia uestrae occupasse uictoriae. Tunc ad re-
 petendas res festinabitis; tunc arma capietis. Quanto autem p̄stat territum adhuc &
 uix mentis suae cōpotē opprimere. Quatrihui nobis iter superest; q̄ tot p̄culcauim⁹
 niues; tot amnes superauim⁹; tot montiū iuga transcurrim⁹; non mare illud; quod ex
 aestuans iter fluctib⁹ occupat; euntes nos morat; non ciliciae fauces; & angustiae iclu-
 dunt; plana omnia & prona sunt; in ipso limine uictoriae stamus. Pauci nobis fugitiui
 & domini sui interfectores sup̄sunt. Egregium me Hercule op⁹ & inter p̄mia gloriae
 uestrae numerandū posteritati famaeq; tradetis. Dariū quoq; hostē finito post mortē
 eius odio; parricidas esse uos ultos; neminē imperiū effugisse man⁹ uestras. Hoc per
 oratione
 petrato; q̄to creditis persas obsequentiores fore; cū intellexerint uos & bella suscipere
 & Bessi sceleri non nomini suo irasci. Sūma militū alacritate subeūtū; quocūq; uel
 ad fines
 let; duceret; oratio excepta est; nec rex morat⁹ imperiū; tertioq; per Parthienem die ad
 hircaniae
 fines hircaniae penetrat. Cratero relicto cū iis copiis; quibus p̄erat; & ex manu; quam
 penetra-
 Amyntas ducebat; additis; vi. milibus equitibus; & totidem sagittariis; ut ab incurso
 uit.

Zioberis flu.

Rhidago flu.

ne barbari Parthienem tueret. Phrygiam impedimenta modico praesidio dato: campe
 stri itinere ducere iubet. Ipse cum phalange & equitatu. c. l. stadia emesus castra in ual
 le: qua hircania adit: communit. Nemo palum dehisq; arboribus umbrosus est: pingue
 uallis solum rigantibus aquis: quae ex petris eminentibus manant. Ex ipsis radicibus montium
 Zioberis amnis effundit: qui tria fere stadia in longitudinem uniuersus fluit: deinde sa
 xo: quod alueolum interpolat: repercussus duo itinera uelut dispensatis aquis aperit.
 Inde torrens & saxosus: per quam incurrit asperitate uiolentior: terram praecipit subit. Per
 ccc. stadia coditus labitur: rursusq; uelut ex alio sponte conceptus editur: & nouum al
 ueum intedit priore sui parte spatiosior: quippe in latitudinem. xlii. stadios diffundit.
 rursusq; angustioribus coercitus ripis iter cogit: tandem in alterum amnem cadit: cui
 Rhidago nomen est. Incolae affirmabant quicumq; dimissi essent in cauernam: quae pro
 prior est fontis: rursus sibi aliud os amnis apertum existere. Itaque Alexander duos tauros
 qua subeunt aquae terram praecipitari iubet: quorum corpora ubi rursus erumpit: ex
 pulsa uidere: qui missi erant ut exciperent. Quartum iam diem eodem loco quietem
 Alexander militi dederat: cum litteras Nabarzanis: qui Darium cum Besso interceperat accipit: qua
 lras accepit a Nabarzano. Nihil esse fidei: quae per. ii. & .ccc. annos inuolatam regibus suis praestitissent. Se in praecipiti & lubrico sta
 tem consilium a praesenti necessitate repetisse: darium quoque cum occidisset: bagoam hac excu
 batione satisfecisse popularibus: quod insidiante sibi iteremisset. Nihil esse miseris mortali
 charius. Sed ea magis esse secutum: quae deos a deo coegisset necessitas: quae quae optasset. In communi calamitate sua quaeque habere fortunam.
 falli non so Si uenire se iuberet: sine metu esse uenturum. Non timere: ne fide data tantus rex uiolaret: de
 lere. Quos a deo falli non solere. Caeteri si cui fide daret: uideret indignum multa exilia patere fu
 patria ubi gienti. Patriam esse: ubicumque uir fortis sedem elegerit. Nec dubitauit alexander fidem
 uir fortis quo per se modo accipiebant dare. Inuolatam si uenisset fore. Quadrato tamen agmine &
 sedem ele composito ibat speculatores subde praemittens: qui explorarent loca. Leuius armatura
 gerit. ducebat agmen Phalaxe eam sequebantur: post pedites erant: impedimenta & gens bellicola
 Vallis ut natura situs difficilis aditu curam regi intenderat. Namque perpetua uallis iacet usque ad
 que ad mare Caspium patens. Duo terrae eius uelut brachia excurrunt media flexu modico sinu
 caspium. faciunt lunae maxime simile: cum eminent cornua nondum totum orbem sydere imple
 Cercetae. te. Cercetae: Mossini: & Galybes a leua sunt. Et ab altera parte Leucosyri: & Amazo
 Mossini. num capi: & illos qua uergit ad septentrionem: hos ad occasum conuersa praespecta. Mar
 Galybes. Caspium dulcius caeteris ingentis magnitudinis serpentes alit. Piscis est in eo longe di
 Leucosyri uersi ab aliis coloris: quidam caspium: quidam hircanum appellat: alii sunt qui meotida paludem
 in id cadere putent: & argumentum afferunt: aquam: quae dulcior sit quam caetera maria: in fusio
 Amazo paludis humore miscere. A septentrione ingens in littus mare incumbit: longeq; agit
 num capi. fluctus & magna parte exaestuans stagnat. Idem alio caeli statu recipit in se fretum: eo
 Mare caspium de quo ipetu: quo effusum est: relabens terram naturam suam reddit: & quidam credere non caspi
 pium dulci ut mare esse: sed ex India in hircaniam cadere: cuius fastigium (ut supra dictum est) perpe
 usque caete tua ualle submittitur. Hinc rex. xx. stadia processit semita prope modum inuia: cui silua in
 ra. minebat. Torretesque & eluuias iter morabantur: nullo tamen hoste obuios penetravit: tam
 Silua in demque ad ulteriora peruentum est: praeter alios comeatus: quorum tamen copia regio abunda
 gens. bat: pomorumque ingens modus nascitur: & uberrimum gignedis uuis solum est. Frequens

arbor faciem quercus habet: cuius folia multo meletingunt: sed nisi solis ortū incolæ occupauerint: uel modico tempore succus extinguit. xxx. hinc stadia processerat: cū Phartaphernes ei occurrit: seq; & eos qui post Darii mortē profugerant: dedens: qb; Pharta-
 benigne exceptis ad oppidū Aruas peruenit. Hic ei Craterus & Erigonus occurrunt phernes
 præfectū tauroꝝ gentis phradatem adduxerant. Hic quoq; in fidem receptus multis se Alexan-
 exemplo fuit experiēdi clamentiam regis. Satrapē deinde hircaniæ dedit Menapim dro dedit
 exul hic regnante Ocho ad Philippū peruenerat. Tauroꝝ quoq; gentē Pharadathi & p̄fectꝝ
 reddidit: iamq; rex ultima hircaniæ intrauerat: cū Artabazus: quē Dario fidissimum tauroꝝ.
 fuisse supra duximus: cū propinquis Darii ac suis liberis modicaq; græcoꝝ militum artabazꝝ
 manu occurrit: dextrā uenienti obtulit rex: quippe & hospes Philippi fuerat cū Ocho Alexandro
 regnante exularet: & hospitii pignora in regē suū ad ultimū fides cōseruata uincebat. occurrit.
 Comiter igit̄ exceptus. Tu quidē inquit: rex perpetua fœlicitate floreas. Ego cæteris
 lætus hoc uno torqueor: qđ præcipiti senectute diu frui tua bonitate nō possum. xc. &
 quintū annū agebat. Nouē iuuenes eadē matre geniti patrē comitabant̄. Hos Artabazus
 dextræ regis admouit: præcatus ut tā diu uiuerēt: donec utiles Alexandro eēnt.
 Rex pedibus iter faciebat plærūq;. Tunc admoueri sibi & Artabazo equos iussit: ne
 ipso ingrediēte pedibus senex equo uehī erubesceret. Deinde ut castra sunt posita græ
 cos: quos Artabazus adduxerat: conuocari iubet. At illi nisi lacedæmonis fides dareſ
 respondēt: si quid agendum ipsis foret deliberaturos. Legati erant lacedæmoniorū
 missi ad Dariū: quo uicto applicuerant se græcis mercede apud persas militantib; Græci de
 Rex omiſſis sponſionū fideiq; pignoribus uenire eos iussit: fortunā quā ipse dedisset dunt̄ ale-
 habituros. Diu cūctantes plærifq; consilia narrantibus tandem uenturos se pollicēt̄. xandro.
 At democrates Atheniensis: qui maxime macedonū opibus semp̄ obstiterat: uenīa de
 sperata gladio se transfigit. Cæteri: sicut constituerat: ditioni Alexandri se ipsos pmitt
 tunt. x. milia & c. milites erant. Præter hos legati ad dariū missi. xc. In supplementum
 distributus miles: cæteri remiſſi domū præter lacedæmonios: quos tradi i custodiam
 iussit. Mardorum erat gens confinis hircaniæ: cultu uitæ aspera & latrociniis aſſueta. Mardoz;
 Hæc sola nec legatos miserat: nec uidebatur imperata factura. Itaq; rex indignatus: gens.
 si una gens posset efficere: ne inuictus esset: impedimentis cum præsidio relictis inui
 cta manu comitante procedit. Noctū iter fecerat: & prima luce hostis in conspectu
 erat. Tumultus magis quam prælium fuit. Deturbati ex collibus: quos occupaue
 rant barbari: profugiunt: proximiq; uici ab incolis deserti capiuntur. Interiora regio
 nis eius haud sane adire sine magna uexatione exercitus poterat. Iuga montiū præal
 ta siluæ rupesq; inuixæ sepiunt ea: quæ plana sunt: nouo munimenti genere impedi
 rant barbari. Arbores densæ sunt ex industria consitæ: quarum teneros adhuc ramos
 manu flectunt: quos intortos rursus inserunt terræ. Inde uelut ex alia radice lat ores ui
 dent trunci: hos: qua natura fert: adoleſcere non sinunt: quippe alium alii quasi nexu
 conferunt: qui ubi multa fronde uestiti sunt: operiunt terram. Iamq; occultus nexus
 ramoz; uelut laquei ppetua sede iter claudit. Vana ratio erat cedendo aperire saltum.
 Sed hoc quoq; magni operis. Crebri nanq; nodi nudauerant stipites: & in se implica
 ti arborum rami suspensis circulis similes lento uimine frustrabantur ictus. Incolæ au
 tem ritu ferarum uirgulta subire soliti: tum quoq; intrauerant saltum: occultisq; talis Mardoz;
 hostem laceſſebant. Ille uenātū modo lutibula scrutatus plærosq; cōfodit: ad ultimū plia cum
 circuire saltū milites iubet: ut si qua paterēt: irrumperēt. Sed ignotis locis plærifq; ob
 errabant. Excepti sunt quidam: inter quos equus regis. Bucephalam uocabant: quem
 nibus.

Bucepha Alexander non eodē: quo cæteras pecudes animo æstimabat: nā ille nec in dorso insi-
 Iā equū dere suo patiebatur alium: & regem: cum uellet ascendere: sponte sua genua submit-
 Alexātri tens excipiebat: credebaturq; sentire quem ueheret. Maiore ergo quam decebat ira si-
 cœperūt. mul ac dolore stimulatū equū uestigari iubet: & per interpretem pronuntiarī: nī red-
 dissent neminē esse uicturū. Hac denuntiatione territi cū cæteris donis equū adducūt
 Sed ne sic quidē mitigatus cedi siluas iubet: aggestaq; humo & montibus planiciem
 ramis impeditā exaggerari. Iā aliquantulū altitudinis opus creuerat cū barbari despe-
 rati regionē: quā occupauerant: posse retineri: gentē suā dedidere. Rex obsibus acce-
 Mardi de ptis Phradati tradere eos iussit. Inde quinto die in statiuā reuertitur. Artabazū deinde
 dunt alex- geminato honore: q̄ Darius habuerat ei: remittit domū. Iā ad urbē hircaniæ in qua re-
 xandro. gia Darii fuit: uentū erat: ibi Narbazanes accepta fide occurrit: dona ingentia ferens.
 Bagoas. Inter quæ bagoas erat specie singulari spado atque in ipso flore pueritiæ cui & Darius
 fuerat assuetus: & mox Alexander assueuit: eiusq; maxime præcibus motus Nabarza
 Nabarza ni ignouit. Erat ut supra dictū est: hircaniæ finitima gens Amazonum circa Termo-
 ni igno- doonta amnem themisyre incolentiū campos. Reginā habebat Thalestrim: omnib⁹
 uit Alexā inter caucasum montē: & Phasim amnē imperitantē. Hæc cupidinæ uisendi regis ac-
 der. censa finibus regni sui excessit: & cū haud procul abesset: præmisit indicantes uenisse
 Amazo- reginā adeundi eius cognoscendiq; auidā. Protinus facta potestate ueniendī: cæteris
 nū gens. iussis subsistere. ccc. sceminaꝝ comitata processit. Atq; ut primū rex in conspectu fu-
 Termo- it: equo ipsa desiluit duas lanceas dextra præferens. Vestis non toto amazonū corpo-
 doon flu- ri obducit: nā leua pars ad pectus est nuda: cætera deinde uelant: nec tamen sinus ue-
 Talestris stis: quē nodo colligunt: infra genua descendit. Altera papilla intacta seruat: qua mu-
 regina ad liebris sexus liberos alant: adurit dextra: ut arcus facilius intendant: & tala uibrent.
 Alexādx Interrito uultu regē Thalestris intuebat: habitū eius haud quanq̄ rex famæ parem
 uenit. oculis perlustrat: quippe hominibus barbaris in corporū maiestate ueneratio est: ma-
 In corpo- gnorūq; opes non alios capaces putant: q̄ quos eximia specie donare natura dignata
 rū maie- est. Cæterū interrogata nū aliquid petere uellet: haud dubitauit fateri ad cōmunican-
 state ue- dos cū rege liberos se uenisse: dignā ex qua ipse regni generaret hæredes. Fœminini
 neratio sexus se retenturā: marē rediturā patri. Alexander an cū ipso militare uellet: iterrogat:
 apud bar & illa causata sine custode regnum reliquisse: petere perseuerabat: ne se irritam spei
 baros: pateretur abire. Acrior ad uenerē sceminaꝝ cupido quam regis. At ut paucos dies sub-
 Aalexan- sisteret perpulit. xiii. dies in obsequium desiderii absumpti sunt. Tum illa regnū su-
 der par- um: rex Parthienem petiuerunt. Hic uero palam cupiditates suas soluit continentī
 thienem amq; & moderationem in altissima quaq; fortuna eminentia bona in superbiam ac la-
 petiit: ubi sciuiam uertit. Patrios mores disciplinamq; macedonum regum salubriter tempera-
 continen- tam & ciuilem habitū uelut leuiora magnitudine sua ducens perficæ regiæ per deorū
 tiā oēm potentia fastigiū æmulabat. Iacere humi uenerabūdos pati cœpit: paulatimq; serui-
 soluit. libus ministeriis tot uictores gentium imbuere: & captiuis pares facere expetebat.
 Diadma Itaq; purpureum diadema distinctum albo: quale Darius habuerat: capiti circunde-
 sumplit dit: uestemq; perlicam sumplit ne omen quidem ueritus: quod a uictoris insignibus
 q̄li usus in deuicti transiret habitū: & ille se quidem persarum spolia gestare dicebat. Sed cum
 ē darius. illis quoq; mores induerat: superbiamq; habitus animi insolentia sequebatur. Litteras
 quoq; quas in europam mitteret: ueteris annuli gemma obsignabat: iis quas Asiam
 scriberet. Darii annulus imprimebatur: ut appareret unum animum duorum non ca-
 pere fortunam. Amicos uero & equites cūq; his principes militum asperrantes qui

dem: sed recusare non aulos: perficis ornauerat uestibus. Pellices, ecc. & lx. totidem: Pellices
 quot Darii fuerant: regiam implebant: quos spadonum greges & ipsi muliebria pati ac spado-
 affueti sequebant. Hoc luxu & peregrinis infecti moribus ueteres Philippi milites num gre-
 rudis naturæ ad uoluptates palam uersabantur: totisq; castris unus omnium sensus ac ges.
 sermo erat: plus amissum uictoria: q̄ bello quæsitum esse. Tum maxime uinci ipsos
 dediq; alienis moribus & externis: tantæ moræ domos quasi in captiuo habitu reuer-
 sos pudere iam sui: regem uictis q̄ uictoribus similiorem ex macedoniæ imperatore.
 Darii satrapem factum. Ille non ignarus & principes amicorum: & exercitum grati
 ter offendi: gratiam liberalitate donisq; recuperare tentabat. Sed (ut opinor) liberis p̄ Liberis
 tiū seruitutis ingratum est. Igitur ne in seditionem res uerteretur: otio interpolandum gratū est
 erat bellum: cuius materia opportune alebatur. Nanq; Bessus ueste regia sumpta Ar p̄tū serui-
 taxerxem appellari se iusserat. Scythasq; & cæteros tanaïs accolos contrahebat. Hæc tutis.
 nabarzanus nuntiabat: quem receptum in fidem regioni quam antea obtinuerat: præ Bessus æ
 fecit. Et cum graue spoliis apparatusq; luxuriæ agmen uix moueretur: suas primū: de taxerxem
 inde totius exercitus sarcinas exceptis admodū necessariis conferri iussit in medium. se appel-
 Planicies spatiosa erat: in quam uehicula onusta perduxerat. Expectantibus cunctis lant iusse-
 quid inde esset imperaturus: iumenta iussit abduci: suisq; primum sarcinis face sub- rat.
 ducta cæteras incendi præcipit. Flagrabant exurentibus dominis: quæ ut intacta ex
 urbibus hostiū raperent: sæpe flâmas restrinxerant: nullo sanguinis præteritum auden-
 te deslere: cum regias opes idem ignis exureret. Breuis deinde ratio mitigauit dolorē
 habilesq; militiæ & ad omnia parati lætabantur sarcinarum potius: quam disciplinæ
 fecisse iacturam. Igitur bactrianam regionem petebant. Sed Nicanor Parmenionis Nicanor
 filius subita morte correptus: magno desiderio sui affecerat cunctos. Rex ante omnes subita
 mœstus cupiebat quidem subsistere funeri affuturus: sed penuria cōmeatum festina morte
 re cogebat. Itaq; Philotas cum .ii. milib⁹ & .dc. relictus: ut iusta fratri persolueret ipse corrept⁹
 contendit ad Bessum. Iter facienti litteræ ei afferuntur a finitimis satraparum: e quib⁹
 cognoscit Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu. Cæterum Satribar
 zanem: quem satrapem Ariorum ipse præfecisset: defecisse ab eo. Itaq; quanq̄ Bessus i
 minebat: tamen ad Satribarzanem opprimendum præuerti optimum ratus: leuē
 armaturam & equestres copias educit: totaq; nocte strenue facto itinere improuisus
 hosti superuenit. Cuius cognito aduentu Satribarzanes cum .ii. milibus equitū (nec
 enim plures subito contrahi poterant) bactra perfugit: cæteri proximos montes occu-
 pauerunt. Prærupta rupes erat: qua spectat occidentem. Eadem qua uergit ad orien-
 tē leuiore submissa fastigio. Multis arboribus obsita perhēnē habet fontē: ex quo lar-
 gæ aquæ manant. Circuitus eius .xxx. & .ii. stadia cōprehendit. In uertice herbidus cā-
 pus. In hoc multitudinem imbellem confidere iubet. Ipsi qua rupes erat: arborū trun-
 cos & saxa obmoliuntur. xiii. milia armata erant: i quorum obsidione Cratero relicto
 ipse Satribarzanem sequi festinat. Et quia longius eum abesse cognouerat: ad expu-
 gnandos eos: qui edita montiū occupauerant: redit. Ac primo repurgari iubet: quic
 quid ingredi possent: deinde ut occurrebant inuia: coles: præruptaq; rupes: irritus la-
 bor uidebatur obstante natura. Ille ut erat animi semper obluētantis difficultatibus:
 cum & progredi arduum: & reuerti periculosum esset: uersabat se ad omnes cogita-
 tiones: aliud atq; aliud ita ut fieri solet: ubi prima quæq; damnamus subiiciente animo
 hæsitanti quod ratio non potuit: fortuna consilium subministravit. Vahemens Fa-
 uonius erat & multam materiam ceciderat miles: aditumq; per saxa molitus. Hæc ua

pore torrida inaruerat. Ergo aggerari alias arbores iubet: & igni dare alimenta: celeri
 terq; stipitibus cumulatis fastigium montis æquatum est. Tunc undiq; ignis iniectus
 cuncta cōprehendit: flāmā in ora hostiū uentus ferebat: fumus ingens uelut quadā
 nube absconderat cœlum. Sonabant incendio siluæ: atq; ea quoq; quæ incenderat mi
 les concepto igne proxima quæq; adurebant. Barbari suppliciorum ultimum: si qua
 tromitteret ignis: effugere tentabant: sed qua flāmā dederat locū hostis obstabat Va
 ria igitur cæde consumpti sunt. Alii medios ignes: alii in petris præcipitauerunt se: quidā
 manibus hostiū se obtulerunt: pauci semiustulati uenere in potestatem. Hinc ad
 Craterum: qui artacaua obsidebat: redit. Ille omnibus præparatis regis expectabat ad
 uentū: captæ urbis titulo (sicut par erat) cedens. Igitur Alexander turres admoueri iu
 bet: ipsoq; aspectu territi barbari e muris supinas manus tendentes orare cœperūt: ut
 iram in Satribarzanem defectionis auctore referuaret: supplicibus semet deditib; 9
 parceret. Rex data uenia non obsidionem modo soluit: sed omnia sua incolis reddidit
 Ab hac urbe digresso supplementum nouorū militum occurrit. Zolus: d. equites ex
 græcia adduxerat. iiii. milia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali equites. c. & xxx. cū
 Philippo erant. Ex Lydia. ii. milia & cc. peregrinus miles aduenerant. ccc. equites gen
 tis eiusdem sequebantur. Hac manu adiecta dracas peruenit. Bellicosa natio est. Sa
 trapes erat Nabarzanes sceleris in regē suū particeps Bello. Is suppliciorū quæ meru
 erat metu profugit in Indiā. Iam nouū diem statua erant: cum externa uī non territus
 modo rex: sed inuictus intestino facinore petebat. Dymnus modice apud regem au
 ctoritatis & gratiæ. Exoleti: cui Nichomaco erat nomen: amore flagrabat: obsequio
 uni sibi dediti corporis uictus. Is quod ex uultu quoq; perspicere poterat: similis attonito
 remotis arbitris cum iuuenē secessit in templum: arcana se & silenda afferre præfatus
 petebat. Suspensumq; expectatione per mutuam charitatē & pignora utriusq; animi rogat: ut
 Dymnus affirmet iureiurando quæ cōmisisset silentio esse tecturum. Et ille ratus nihil quod ēt
 Nichomaco insidi
 as Alex. si
 eri docet. cum periurio detegendum foret indicaturum: per præsentē deos iurat. Tum Dym
 nus aperit in tertium diem insidias regi comparatas: seq; eius consiliū fortibus uiris &
 illustribus esse participem: quibus iuuenis auditis se uero fidem in parricidio dedisse
 constanter abnuat: nec ulla religione: ut scelus tegat posse constringi. Dymn; & amo
 re & metu amens dextram Exoleti complexus & lachrymans orare primū cœpit: ut
 particeps cōsiliū operisq; fieret. Si id sustinere nō posset: attamen ne proderet se: cuius
 erga ipsum beniuolentiæ præter alia hoc quoq; haberet fortissimum pignus: quod ca
 put suum permisisset fidei adhuc inexpertæ. Ad ultimum auersari scelus perseveran
 tē metu mortis terret. Ab illo capite coniuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.
 Alias deinde affœminatū & muliebriter timidū: alias pditorē amatoris appellans:
 nunc ingentia promittens interdumq; regnum quoq; uersabat animū tanto facinore
 procul abhorrentem: strictum deinde gladium modo illius: modo suo admouens iu
 gulo supplex idem & infestus expressit: ut tandem non solū silentiū: sed etiam operā
 polliceretur: nāq; abūde constantis animi: & dignus qui pudicus esset: nihil ex pristi
 na uoluntate mutauerat. Sed se captū Dymni amore simulabat nihil recusare. Scisci
 tari deinde pergit: cū quibus tantæ rei societate iuisset. Plurimū referre quales uiri tā
 memorabiliopi admoturi manus eēt. Ille & amore: & scelere male sanus simul gra
 tias agit: simul gratulatur: quod fortissimis iuuenum non dubitasset se iungere Deme
 trio corporis custodi Peculao Nicanori. Adicit his Aphœbetum loceum: diosenum
 Coniura
 torū noīa. Archepolim; & Amyntam. Ab hoc sermone dimissus Nichomachus ad fratrem Cre

ballino erat nomē) quæ acceperat defert. Placet ipsum subsistere in tabernaculo: ne si regiam intrasset: non assuetus adire regē coniurati proditos se eē resciscerēt. Ipse Ceballinus ante uestibulum regię (neq; enim propius aditus eius patebat) consistit operiens aliquem ex prima cohorte amicorū: quo introduceretur ad regem. Forte ceteris dimissis: unus Philotas parmenionis filius incertum q̄ ob causam substiterat in regia. Huic Ceballinus ore confuso magnæ perturbationis notas præse ferēs aperit: quæ ex fratre compererat: & sine cunctatione nuntiare regi iubet. Philotas laudato eo protinus intrat ad Alexandrum: multoq; inuicem de aliis rebus consumpto sermone nihil eorum: quæ ex Ceballino cognouerat nuntiat. Sub uesperam eum p̄deūtē in uestibulo regię excipit iuuenis: an mandatū executus foret requirens. Ille non uacasse sermōni suo regem causatus discessit. Postero die Ceballinus uenienti in regiam præsto est. Intransentēq; admonet pridie cōmunicatæ cū ipso rei. Ille curæ sibi esse respōdit: ac nētum quidem regi quæ audierat aperit. Cœperat Ceballino eē suspectus. Itaq; non ultra interpolandum ratus nobili iuueni (Metion erat nomen ei) super armamentariū posito: qđ scelus pararet indicat. Ille Ceballino in armamentario abscondito protinus regi corpus forte curanti: quid ei index detulisset: ostendit. Rex ad comprehendēdū Dymnū missis satellitibus armamentarium intrat. Ibi Ceballinus gaudio elatus habeo te inquit incolumem ex ipiorum manibus ereptum. Percunctatus deinde Alexander quæ noscenda erant: ordine cuncta cognoscit. Rursusq; institit quærere quotus dies esset: ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium. Atq; illo fatente iam tertium eē: existimans haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat: uinciri cū iussit. Ille clamitare cœpit eodem temporis momento: quo audisset ad Philotam decurrisse: ab eo percunctaret. Rex item quærrens an Philotā adisset: an institisset ei ut peruenirent ad se: perseverante eo affirmare quæ dixerat: manus ad cœlum tendens manantibus lachrymis hanc sibi charissima quondam amicorū relatam gratiā quærebatur. Inter hæc Dymnus haud ignarus quā ob cām accerseretur a rege: gladio quo forte erat cinctus: grauiter se uulnerat: occursum satellitum inhibitus perfertur in regiam. Quem iutuēs rex quod iquit in te Dymne tantum cogitauī nefas: ut tibi macedonū regno dignior Philotas me quoq; ipso uideretur? Illum iam defecerat uox: itaq; edito gemitu uultuq; a conspectu regis auerso: subinde collapsus extinguitur. Rex philota uenire in regiam iussit. Ceballinus inquit ultimum supplicium meritis esset si in caput meum preparatas insidias biduo texisset. Huius criminis reum philotam substituit: ad quem protinus indicium detulisse se affirmat quo propiore gradu amicitia me cōtingis: hoc maius est dissimulationis tuæ facinus: & ego Ceballino magis: q̄ philotæ id conuenire fateor. Fauentē habes iudicem: si quod admitti non potuit: saltē negari potest. Ad hoc philotas haud sane trepidus si animus uultu estimaretur. Ceballinū quidē sorti sermonē ad se detulisse: sed ipsum tam leui auctori mihi credidisse respondit ueritum ne iurgium inter amatorē & exoletū nō sine risu aliorum detulisset. Cum Dymnus interemerit seipsum: quali acq; erāt: nō fuisse reticēda: complexusq; regē orare cœpit: ut præteritā uitam: potiusq; culpā silentii tamen nō facti ullius intueret. Haud facile dixerim: crediderit ne ei rex: an alius iram suppresserit: dextram deconculiatæ gratiæ pignus obtulit: & cōtemptum: magisq; celatū idicium eē uideri sibi dixit. Aduocato tamē cōsilio amicorū: cui tū Philotas adhibitus nō ē. Nichomachus introduci iubet. Is eadem: quæ detulerat ad regem: ordine exposuit: Erat Craterus regi charus ī paucis: & eo philotæ ob emulationē dignitatis aduersus, Neq; ignorabat

Ceballinus cōiurationem detegit. Dymn⁹ ad alexā. ducitur.

Dymn⁹ moritur. Philotas reus fit.

Nichomachus ad regē i. ducit

sæpe Alexander auribus nimia actione uirtutis atq; opere grauem fuisse: & ob ea nõ quidẽ sceleris: sed contumaciã tamẽ suspectum. Non aliã præmendi inimici occasionem aptiorẽ futurã ratus: odio suo pietatis præferens speciẽ. Vtinam inquit in principio quoq; huius rei nobiscũ deliberasses. Suasissimus si philotã uelles ignoscere: patereris potius ignorare eũ quantũ deberet tibi: q̃ usq; ad mortis metũ adductũ cogeres potius de periculo suo: q̃ de tuo cogitare beneficio. Ille enim semp inlidari tibi poterit. Tu non semp philotã poteris ignoscere. Nec est quod existimes eũ q̃ tantũ facinus ausus est: uenia posse mutari. Scit eos qui materiã consumpserunt: amplius sperare non posse. At ego etiã si ipse uel pœnitentiã: uel beneficio tuo uictus q̃scere uolet patrem eius Parmenionem tanti ducem exercitus & inueterata apud milites tuos: cõtoritate haud multũ infra magnitudinis tuã fastigium positum: scio non equo animo salutem filii sui debiturum tibi. Quãdam beneficia odimus. Meruisse mortẽ cõfiteri pudet. Superest: ut mallit uideri iniuriam accepisse: q̃ uitam: proinde scio tibi cũ illis de salute esse pugnandum. Satis hostiũ superest: ad quos psequẽdos ituri sumus. Latus a domesticis hostibus muniendum. Hos si submoueas: nihil metuo ab externo. Hęc craterus. Nec ceteri dubitant: quin coniurationis idiciũ suppsururus nõ fuisset: nisi auctor aut particeps. Quem enim piũ & bonã mēi non amicũ mō: sed ex ultima plebe: auditis quã ad eũ delata erant: non p̃tinus ad regẽ fuisse cursurũ: nec Ceballini q̃dem exemplo q̃ ex fratre compta ipsi nuntiasset: parmenionis filiũ præfectũ eq̃tatus oĩum archanoꝝ regis arbitrum simulasse etiã non uacasse sermoni suo regẽ: ne index alium iternuntiũ quæreret. Nichomachũ religione quoq; deum astrictũ cõscientiã suã exhonerare p̃perasse: philotã cõsumpto pludũ iocũq; pœne toto die grauatũ eẽ: pauca uerba ad caput regis p̃tinentia tam lōgo & forsitan supuacuo inserere sermoni. At enim si non credidisset talia deferẽtib; p̃ ueris: cur igitur extraxisset bĩduũ: tanq̃ indicio haberet fidem? Dimittendũ fuisse Ceballinũ: si dilationẽ eius damnauit. In suo quẽppiculo magnũ animũ habere: cũ de salute regis timeretur credulo esse debere: uana quoq; deferentis admittere. Oẽs igitur quãstionẽ de eo: ut particeps sceleris indicare cogeret: habendã esse decernunt. Rex admonitos ut consiliũ silentio præmerent: dimittit: pronuntiarĩ deinde iter in posterũ diem iubet: nequa uĩ inĩti consilii daretur nota. Inuitatus est et philotas ad ultimas ipsius epulas. Et non cœnare modo: sed et familiariter alloq; cũ eo quẽ damnauerat sustinuit. Secunda deinde uigilia luminibus extinctis cum paucis in regiã coeunt Ephestion: & craterus: & Cenus: & Erigonus. Hi ex amicis. Ex armigeris aut Perdicas & Leonatus. Per hos imperatũ: ut q̃ iuxta prætorĩũ excubabant: armati uigilarent. Iam ad oẽs aditus dispositi erant eq̃tes: itinera quoq; obsidere iussĩ: ne qs ad parmenionẽ: q̃ tum mediã: magnisq; copiis præerat: occultus euaderet. Attarras aut cũ trecentis armatis intrauerat regiã: huic decem satellites tradunt: quorũ singulos denĩ armigeri sequebant. Iĩ ad alios coniuratos comprehendendos distributi sunt. Attarras cũ trecentis ad philotã missus clausum aditũ domus moliebat. I. iuuenũ p̃mpũssimis stipatus. Nam ceteros cingere undiq; domũ iusserat: ne occulto aditu philotas posset elabi. Illũ siue securo uinctus iĩritate animi: siue fatigatione resolutũ somnum oppresserat: quem Attarras torpentẽ regiã ad

Oẽs quã
stionẽ de
philota
habendã
decernũt

Philotas
uinctus iĩ
regiã ad
ducitur.

ad huc occupat. Tandẽ ei sopore discusso cũ iniicerent athenã: uicit inq; bonitatem tuam rex inimicorum acerbitas: nec plura locutum capite uelato in regiã adducit. Postero die rex edixit: omnes armati coirent. vi. milia fere militum uenerat: præterea turba lyxarum calonumq; impleuerant regiã. Philotã armigeri agmine tuo tegebãt

ne ante conspici posset a uulgo: q̄ rex allocutus milites eēt. De capitalibus rebus uetusto macedonū modo inquirebat. Exercitus in parte erat uulgi: nihil potestas regū ualebat: nisi prius ualuisset auctoritas. Igit̄ primū Dymni cadauer inferē: plerisq; quid parasset: quoue casu extinctus eēt ignaris. Rex deinde in concionē p̄cedit uultu p̄ferens dolorem animi. Amicorum quoq; m̄estitia expectationē haud parua ei fecerat. Diu rex demisso ī terram uultu attonito stupēt̄q; similis stetit. Tandē recepto aīo: p̄cne inquit milites paucoꝝ hominum scelere uobis ereptus sum: deū prouidentia & misericordia uiuo. Conspectusq; uester uenerabilis cogit: ut uehemētius parricidis irascerer: q̄ spiritus imo unus uitæ meæ fructus ē tot fortissimis uiris de me optime meritis referre adhuc gratiā possem. Interrupit orationē militū gemitus: abortaq; sunt oībus lachrymæ. Tum rex inq̄ q̄to maiore in animis uestris motū excitabo cū tanti sceleris auctores ostendero: quoz̄ m̄tionē adhuc reformido: & tanq̄ salui esse possint: nominibus abstineo. Sed uincenda est memoria pristinae charitatis: & coniuratio impioꝝ ciuiū detegenda. Quomodo aut̄ tantū nefas sileam? Parmenio illa ætate tot meis: tot parentis mei meritis deuinctus: oīum nobis amicoꝝ uetustissimus ducē tāto sceleri se p̄buit. Minister eius philotas Leucolaū: & Demetriū & hūc Dymnū: cuius corpus aspiciētis: cæterosq; eius amentia comites in caput meū subornauit. Fremitus undiq; indignantiū quæretūq; tota concione obstrepebat: qualis solet esse multitudinis & maxie militaris: ubi aut studio agit: aut ira. Nicomachus deinde & Metron & Ceballinus producti: quæ quisq; detulerat exponunt: nullius eorū indicio. Philotas ī particeps sceleris destinabat. Itaq; indignatione expressa uox idicium silentio excepta est. Tum rex qualis inquit ergo animi uobis uidet̄ qui huius rei delatū indicium id ipsum suppressit. Quod non fuisse uanum Dymni exitus declarat in certā rem deferēs tormenta non timuit. Ceballinus ne momentū qdē temporis distulit exonerare se: ut eo ubi lauabar irrūperet. Philotas solus nihil timuit nihil credit. O magni animi uirū: iste testis piculo cū moneret: ultimū non mutaret indicem tantæ rei sollicitus non audiret. Subest nimis silentio facinus: & auida spes regni p̄cipitē animū ad ultimū nefas impulit. Pater mediæ p̄est. Ipse apud multos copiarū duces meis p̄potēs uiribus maiora: q̄ capit sperat. Orbitas quoq; mea (sine liberis sum) spernit. Sed erat philotas. In uobis liberos parētes consanguineos habeo. Vobis saluis orbis eē non possum. Epistolā deinde parmenionis interceptā q̄ ad filios Nicanorem & philotā scripserat recitat: haud sane idicium grauioris cōsiliū ferentē. Nāq; summa eius hæc erat. Primū uestri curā agite: deinde uestroꝝ: sic enim quæ destinauim⁹ faciemus: adiecitq; rex sic eē scriptam: ut siue ad filios puenisset: a consciis posset intelligi: siue intercepta esset: falleret ignaros. At enim dimius cum cæteros participes sceleris indicaret. Philotā non nominauit: hoc qdem illius non innocentia: sed potentia indicium ē: quod sic ab iis timeēt̄ ēt: a qbus prodi potest: ut dum de se fateant̄: illū tamē celēt. Cæterꝝ philotā ipsius indicat uita. Amyntæ: q̄ mihi consobrinus fuit: & in macedonia capiti meo impias cōparauit infidias sociū & consociū adiunxit. Hic Attalo quo grauiore inimicum non habuit sororē suam in matrimonium dedit. Hic cū scripsissem ei pro iure tam familiaris usus atq; amicitia: qualis sors edita eēt. Iouis Hāmonis oraculo sustinuit scribere mihi: se qdē gratulari quod ī numerū deoꝝ receptus essem. Cæterꝝ misereri eoz̄: qbus uiuendum esset sub eo: q̄ modū hoīs excederet. Hæc sunt ēt pridem animi alienati a me & inuidenti gloriæ meæ indicia: quæ equidem milites quādiu licuit in animo meo pressi. Videbar enim mihi partē uiscerū meorū abrum-

Mos macedonū de capitalibus rebus.

Alex. oīo

Attalus Alex. inimicus.

pere: si in quos tam magna contulerā: uiliores mihi facerē. Sed iā non uerba puniēda sunt: linguæ temeritas puenit ad gladios. Hos (si mihi creditis) Philotas in me acuit: si ipse dimisi: quo me cōferā milites: cui caput meū credā? Eqtatui optimæ exercitus parti p̄cipibus nobilissimæ iuuetutis unū p̄feci: salutē spem uictoriā meā fidei eius tutelæq; cōmisi: partē in idē fastigiū: in quo me ipsi posuistis admouī. Mediam qua nulla opulētior regio est: tot ciuiū lociorūq; milia īperio eius ditioniq; subieci. Vnde p̄sidiū petierā: periculū existit. Quā scilicet in acie occidissē potius hostis p̄da: q̄ ciuis uictima. Nunc seruatus ex periculis: quæ sola timui: in hæc icidi: quæ timere nō debui. Soletis identidē a me milites petere: ut salutē meā parcā. Ipsi mihi p̄stare potestis: quod suadetis ut faciā. Ad uestras manus: ad uestra arma confugio: inuitis uobis saluū esse nolo: uolētibus non possum: nisi uīdicor. Tū philotā religatis post tergum manibus obsoleto amiculo uelatū iussit īduci: facile apparebat motos esse tam miserabili habītu non sine inuidia pauloante conspecti. Ducē eqtatus pridie uiderāt sciebant regis īterfuisse cōiuiū. Repēte non reū qdē modo: sed et damnatū imo uictum ītuebant. Subibat animos Parmenionis quoq; tanti ducis tam clarī ciuis fortuna: qui quomodo duobus filiis Hectore & Nicanore orbatus: cū eo: quē reliquū calamitas fecerat: absens diceret cām. Itaq; Amyntas regis p̄tor īclīnatā ad misericordiam concionē rursus aspera in philotā oratione commouit. Proditos eos esse barbaris: neminem ad coniugem suam: neminem in patriam & ad parentes fuisse redditurum: uelut truncū corpus dempto capite sine sp̄ritu: sine nomīe aliena terra ludibriū hostis futuros. Haud quāq; p̄spere ipsius Amyntæ oratio grata regi fuit: quod coniugū: quod patriæ admonitos pigriores ad cætera munia exequenda fecisset. Tunc Cenus quāq; philotæ sororē matrimonio secū coniūxerat: tamen acrius q̄ quisquā in philotā īuectus est parricidam esse regis patriæ exercitus clamitās: saxūq; quod ante forte pedes iacebat eripuit emissurus ī eum: ut plāriq; credidē: tormētis subtrahere cupiens: sed rex manū eius inhibuit dicēdā prius causā debere fieri reo potestatem: nec aliter iudicari passus: se affirmans. Tū dicere rursus p̄missus philotas siue cōsciētia sceleris: seu piculi magnitudine amens & attonitus non attollere oculos: nō hīscere audebat. Lachrymis deinde manantibus līquēte aīo in eū a quo tenebat īcubuit. Absterisq; amiculo eius oculis paulatim recipiens sp̄ritum ac uocē dicturus uidebatur. Iāq; rex intuens eum macedones inquit de te iudicaturi sunt: quæro an patrio sermone sis apud eos usus. Tum philotas p̄ter macedonas inqt plāriq; adsunt: quos facilius quæ dicam p̄cepturos arbitror: si eadē lingua fuero usus qua tu ægisti non ob aliud credo: q̄ ut oratio tua intelligi posset a pluribus. Tum rex ecquid uidetis odio et sermonis patrii philotam teneri? Solū qppe fastidit eū dicere. Sed dicat sane utcunq; cordi est: dum memineritis æque illū a nostro more atq; sermone abhorrere. Atq; ita concione excessit. Tum philotas uerba inqt innocentī reperire facile ē: modū uerborum misero tenere difficile. Itaq; inter optima cōsciētiā: & iniquissimā fortunā destitutus ignoro: quo modo & aīo meo & tēpori paream. Abest qdem optimus causæ meæ iudex: q̄ cur me ipse audire noluerit nō me hercule excogito cū illi utiq; cognita cātā dānare me liceat q̄ absoluerē. Non cognita uero liberari absente non possum qnā p̄sente dānatus sum. Sed quāq; uicti hoīs non superuacua solū: sed et inuisa defensio ē quæ iudicē non docere uidetur sed arguere: tamen utrūq; licet me dicere: memet ipse non deserā: nec cōmittā: ut dānatus etiam mea sententia uidear. Eqdem cuius criminis reus sum non uideo inter coniuratos nemo me nominat. De me Nicomachus

Philotas
religatis
post ter-
gū mani-
bus pdu-
citur.
Amyntæ
orō haud
grata re-
gi fuit.

Philotas
p̄ se cām
dicit.

nihil dixit. Ceballinus plusquam audierat scire non potuit. At qui coniurationis caput me fecisse credit rex. Potuit ergo Dymnus eum praterire: quem is sequebatur: plerumque cum quaerenti socios falso fuerim nominandus: quo facilius: qui tenebatur posset impelli: non enim detecto facinore nomen meum prateriit: ut posset uideri locio pepercisse. Nicomachus: quem taciturnum archana de semetipso credebatur: confessus aliis nominatis me unum subtrahebat. Quae so comilitones si Ceballinus me non adisset: nihil me de coniurationis scire uoluisset: num hodie dicerem eam nullo me nominante. Dymnus sane & uiuere adhuc: & uelut mihi parceret. Quid ceteri: qui de se confitebuntur me uidelicet subtraheret. Maligna est calamitas: & fere noxius cum iuo supplicio crucietur: acquiescit alio. Tot conscii in euleum quidem impositum uergetur: fatebuntur. At qui nemo parcat morituro: nec cuiquam moriturus ut opinor. Ad uergetur crimem & ad unum reuertendum mihi est. Cur re delata ad te tacuisti: cur tam securus audisti: hoc quaecumque confessio mihi ubicumque es Alexander remisisti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi conuiuio quoque interfui. Si credidisti mihi: absolutus sum: si pepercisti dimissus: uel iudicium tuum serua. Quid hac proxima nocte qua digressus sum a meta tua fecisti: quod nouum facinus delatum ad te mutauit animum tuum: graui sopore acquiescebam. cum me malis indormientem meis inimici uincendo excitauerunt. Unde & parricidae & proditori tam alti quies somni. Scelerati conscientia obstrepente cum dormire non possunt: agitant eos furiae non citato modo: sed & consumato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea: deinde dextera tua obtulerant non timui ne plus alienae crudelitati apud te liceret: quam clementiae tuae. Sed ne te mihi credidisse poeniteat: res ad me praeferebatur a puero: qui non teste non pignus indicii exhibere poterat: impleturus omnes metu si cepisset audiri. Amatoris & scorti iurgio interponi aures meas credidi israel: & fide eius suspectam habui: quod non ipse deferret: sed fratrem potius subornaret. Timui ne negaret mandasse se Ceballino: & ego uiderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. Sic quoque calaerim: neminem inueni: qui mallet perire me quam incolumem esse. Quid inimicitiarum creditis accepturum fuisse: si is fontes lacestissem? At enim Dymnus se occidit: Num igitur factum cum diuinare potui minime. Ita quod solum indicii fide fecit: id me cum a Ceballino interpolatus sum mouere non poterat. At hercule si conscius Dymno tanti sceleris fuisset biduo illo proditorum esse nos dissimulare non debui. Ceballinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit. Deinde post delatum indicium: quod opperiturus eram. Cubiculum regis solus intraui ferro quidem cinctus. Cur distuli facinus? An sine Dymno non sum ausus. Ille igitur princeps coniurationis fuit. Sub illius umbra philotas latebam: qui regnum macedonum affecit. Et quis e uobis corruptus est donis: quem ducem: quem praefectum imperius coluit? Mihi quidem obicitur: quod societatem patrii sermonis asperner quod macedonum mores fastidiam. Si ergo imperio quod dedignor imineo: iam pridem natiuus ille sermo comerito aliarum gentium exoluit: tam uictoribus: quam uictis peregrina lingua discenda est. Non me hercule iste me magis laedunt: quam amyntas perdicae filius insidiatus est regi: cum quo quod amicitia fuerit mihi: non recusato defendere: si fratrem regis non oportuit diligere a nobis. Sin autem in illo fortunae gradu positum est uenerari necesse erat: utrum quaeso quod non diuinaui reus sum. An impiorum amicis is fontibus quoque moriendum est. Quod si equum est: cur tam diu uiuo: si iniustum: cur nunc demum occidor: at enim leri psi: misereri me eorum: quibus uiuendum esset sub eo qui te iouis filium crederet. Fides amicitiae ueri consilii periculosa libertas me decipistis: uos quaesentiebam: ne reticentem: impulistis: scripisse me hoc fateor regi non de rege: non enim faciebam inuidiam

Scelerati
conscientia
obstrepente
te agitant
a furis.

Amatoris
scorti iurgio
interponi aures
meas credidi
israel: & fide
eius suspectam
habui: quod
non ipse
deferret: sed
fratrem potius
subornaret.

Vans
is fontibus
quoque moriendum
est.

sed pro eo timebā. Dignior mihi alexander uidebatur: qui iouis stirpē tacitus agnosceret: q̄ q̄ p̄dicatione iactaret. Sed quoniā oraculi fides certa ē: sit deus causæ meæ testis. Retinere me in uinculis: dū consulitur admodū archanū & occultū scelus. Interim q̄ regē nostrū dignatus est filiū: neminem eorum qui stirpi suæ insidiati sunt late repatiet. Si certiora oraculis creditis esse tormēta; ne hanc q̄dem exhibendæ ueritatis fidē deprecor. Solēt rei capitū adhibere uobis parētes. Duos fratres ego nup̄ amisi patrem nec ostendere possum: nec inuocare audeo: cū & ipse tantū criminis reus sit. Parū est enim tot modo liberoꝝ parentē in unico filio acquiescentē eo quoq; orbari: ni ipse in rogū meū iponitur. Ego charissime pater & propter me morieris & mecum Ego tibi uitā adimo: ego senectutē tuā extinguo. Quid enim me procreabas ifœlicē aduersantibus diis: an ut hos ex me fructus perciperes: q̄ te manēt? Nescio adolescentia mea miserior sit: an senectus tua. Ego in ipso robore ætatis eripior: tibi carnifex spiritum adimet: quē si fortuna expectare uoluisset: natura poscebat. Admonuit me patris mei mentio: q̄ timide & cunctanter: quæcebāllinus detulerat ad me: idicare debuerim. Parmenio. n. cum audisset uenenū a Philippo medico regi parari: deterrere eū uoluit epistola scripta: quo minus medicamentū biberet: quod medicus dare constituerat. Num creditū ē patri meo? Num ullam auctoritatē eius: litteræ habuerūt? Ego ipse quoties quæ audieram detuli: cū ludibriū credulitatis repulsus sum. Si & cū idicamus inuisi: & cum tacemus suspecti sumus: quid facere nos oportet? Cūq; unus e circumstantiū turba exclamasset: benemeritis non licuisse insidiari. Philotas recte inquit q̄s es dicis. Itaq; si insidiatus sum p̄cēnā non depræcor: & finē facio dicēdi: quoniā ultima uerba grauiā sunt uisa auribus uestris. Abducitur deīde ab iis: q̄ custodiebant eū. Erat iter duces manu strenuus Bellon q̄dam pacis artiū & ciuilibus habitus rudis uetus miles ab humili ordīe ad eū gradū: i quo tunc erat promotus: q̄ taecentibus cæteris stolidā audaciā ferox admonere eos cœpit: quotiens q̄s; diuersorū: quæ occupassent: perturbatus eēt: ut purgamēta suoꝝ philotæ reciperēt eo: unde cōmilitones expolissent: auro argētoq; uehicula eius onusta totis uicis stetisse: at ne i uicina q̄dem diuersorū quēq; cōmilitonū retētum eē; sed p̄ dispositos: quos supra somnū habebat oēs procul relegatos: ne fremitu ullo murmurantiū iter se silētio uerius: q̄ somno excitaret. Ludibriū eius fuisse rusticos hoīes phrygasq; & paphlagonas appellatos: q̄ non erubesceret macedo natus hoīes linguæ suæ p̄terpretē audire. Cū Hāmōnem consuli uellet: eundē Iouis arguisse mēdaciū. Alexandrū filiū agnoscētis scilicet ueritū ne inuidiosum eēt: quod dū offerret. Cum insidiaret capiti regis & amici non consuluisse eū louē. Nunc ad oraculū mittere: dum pater eius sollicitet: q̄ p̄sit i mēdia: & pecuniā: quæ eius custodiæ cōmissa sit: p̄ditos hoīes ad societate sceleris ipeilat. Ipsos missurus ad oraculū: q̄ louē iterrogēt: nō quod ex rege cognouerit: sed qui gratias agant q̄ uota pro icolumitate regis optimi: p̄soluāt. Tum uero uniuersa cōcio accēsa ē: & a corporis custodibus inītiū factū clamantiū: discerpēdū eē parricidā manibus eoꝝ. Id q̄dē philotas: q̄ grauiora supplicia metuetet: haud sane iniquo aīo audiebat. Rex i concionē reuersus: siue ut in custodia quoq; torqueret: siue ut diligentius cūcta cognosceret: conciliū i posterū diē distulit: q̄q; in uesperam iclinabat dies: tamē amicos conuocari iubet: & cæteris q̄dē placebat. Macedonū more obrui saxis. Ephestion autē & Craterus & Cenus tormētis ueritatē exprimēdam eē dixerūt: & illi quoq; q̄ aliud suaserant: in hoꝝ sentētiā transeunt. Consilio ergo dimisso. Ephestiō cū Cratero & Ceno ad quæstionē de philota habendā consurgūt Rex Cratero accer-

Bellonis
stolida
audacia

Varia
snia de
philota

fito: & sermone habito: cuius summa nō edita est: ī intīmā diuerforiī partē secessit: & remotis arbitris ī multam noctem q̄stionis expectauit aduentū. Tortores ī cōspectu Philotæ oīa crudelitatis tormēta pponūt. Et ille ultro: qd cessatis īqt regis inimicum ī terfectorem cōfiterē occidere: qd q̄stione opus ē: cogitauī: uolui. Craterus exigere ut quæ cōfiterē ī tormentis quoq; diceret. Dum corripit & dū obligant oculi: dum uestis exuit: gentium iura deos patrios ne qcq; apud furdas aures inuocabat. Per ultimos deīde cruciatus: utpote & damnatus & inimicis ī gratiam regis torquentibus la- cerat. Ac primo q̄q; hīc ignis: illīc uerba iam nō ad q̄stionem: sed ad p̄cānā īgredie- bant: nō uocē mō: sed et gemitus habuit ī ptāte. Sed posteaq; itumescens corpus ul- ceribus flagelloꝝ ictus nudis ossibus īcussos ferre non poterat: si tormētis adhibitori modū eēt: dicturq; se quæ scire expectarēt pollicet. Sed finē quōnī fore: iurare eos per Alexādrī salutem uolebat: remoueriq; tortores. Et utroq; īpetrato. Cratero inquit: dic qd me uelis dicere. Illo īdignāte ludificari eū: rursusq; renouāte tortores: tēpus petere cōepit: dum recipet sp̄ritū: cuncta quæ sciret indicaturus. Interim eqtes nobilissimus q; & īī maxime: q; Parmenionem propīqua cognatiōe contigebant: posteaq; Philo- tam torqueri fama uulgauerat: legē macedonū ueriti: qua cautū erat: ut p̄p̄i qui eorū: q; regi īsidiati erāt cū ipsīs necarent: alii se īterficiūt: alii ī deuios montes uastaq; solitu- dines fugiunt: īgenti p̄ tota castra terrore diffuso: donec rex tumultu cognito legem se supplicio coniunctis sociū remittere edixit. Philotas uero ne an mēdacio liberare se a cruciatu uoluerit: anceps cōiectura est: quoniā & uera cōfessis: & fama dicētibus idē doloris finis ostēdit. Cæterq; pater īqt meus Egiloco: quā familiariter usus sit: nō igno- ratis. Illū dico Egilocū: q; ī acie cecidit: oīum malorū nobis causa fuit. Nam cū primū iouis filius se saluari iussit rex: id īdigne ferens ille hunc īgit regem agnoscimus īqt: q; Philippum dedignat̄ patrem. Actum est nobis: si ista perpeti possumus. Non ho- mines solum: sed etiam deos dispicit: q; postulat deus credi. Amīsimus Alexandrum. Amīsimus regem: īcidimus ī superbiam: nec diīs: q; bus se exæquat: nec hoībus q; bus se eximit tollerabilem. Nostro ne sanguīe se iactat deum: q; nos fastidiat qui grauetur mortalium adire concilium: Credite mihi: & nos si uiri sumus: a diīs adoptabimur. Quis proauum eius alexandrum: q; deīde Archelaum: q; perdicam occisos ultus ē: hīc q; dem īterfectoribus patris ignouit. Hæc Egilocus dixit supra cœnam: & postera die p̄rīa luce a patre accersor. Tristis erat: & me inestum uidebat: audieramus enim quæ sollicitudinē īcuterent. Itaq; ut experiremur: utrum ne uīno grauatus effudis- set illa: an altiore cōcepta cōsilio: accersiri eum placuit ac uenire. Eodemq; sermone ul- tro petito adiecit: se siue auderemus duces esse proximas a nobis partes uīdicaturum: siue deesset aīus cōsilium silentio esse tecturum. Parmenioni uiuo adhuc Darīo item pestiua res uidebatur: nō. n. sibi: sed hosti esse occisuros Alexandrum. Darīo uero su- blato p̄mīum regis occisi Asiam & totum orientem īterfectoribus esse cessurū. Ap- probatoq; consilio: in hæc fides data est & accepta. Quod ad Dymnū pertinet nihil scio: & hæc confessus intelligo non prodesse mihi: quod prorsus sceleris expers sum. Illi rursus tormentis admotis: cum ipsīs quoq; hastis os oculosq; eius euerberarent: ut hoc quoq; crimen cōfiterē expressere. Exigentibus deinde ut ordinē cogitati sceleris exponeret: cum diū bac̄tra retentura regē uideret: timuisse respondit: ne pater. lxx. na- tus annos tanti exercitus dux: tantæ pecuniæ custos īterim extingueret: ipsiq; spoliato tantis uiribus occidendi regis causa nō esset: festinasse ergo se: dum p̄mīum haberet ī manibus. Repræsentasse consilium: cuius patrem fuisse auctorem nisi crederent: tor-

Philotæ
tormenta
pponunt

Propinq̄
parmeni-
onis alii
se īterfici
unt: alii
fugiunt.

Egilocus

menta quæ tollere non posset: tamen non reculare. Illi collocuti satis quæ situm uideri ad regem reuertunt: qui postero die & quæ confessus erat philotas recitari: & ipsum quia ingredi non poterat iussit afferri: omnia ignoscente eodem Demetrius: qui proximi sceleris particeps esse arguebat producit: multa affirmatione animique pariter constantia & uultu abnuens quicquid sibi in regem cogitatum esse. Tormeta etiam deposcebat in semetipsum cum philotas circumlatis oculis: ut incideret in Calin quendam haud paucul stantem: propius eum iussit accedere: illo perturbato & recusanti transire ad eum: patieris inquit Demetrius mentiri: rursusque me excruciaris: Calin uox sanguinisque defecerant: & macedones philotam inquinare innoxios uelle suspicabant: quia nec a Nicomacho: nec ab illo philota: cum torqueretur nominatus esset adolescens: qui ut præfectos regis circumstantes se uidit. Demetrius & semetipsum id facinus cogitasse confessus est. Omnes ergo a Nicomacho nominatos more patrio dato signo saxi obruerunt. Magno non modo salutis: sed etiam uitæ periculo liberatus erat alexander: quippe Armenio & philotas principes amicorum nisi palam fontes sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari: itaque anceps quæstio fuit: dum inficiatus est facinus: crudeliter torqueri uidebatur. Post confessionem etiam neque Philotas amicorum misericordiam meruit.

Coniurati saxi obruti sunt.

Q. CVR TII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONVM LIBER SEXTVS.

Philotæ mortis dolor.



PHILOTAM Sicut recentibus sceleris eius uestigiis iure affectum: supplicio celsuerat milites: ita posteaque desiderat eum quem ostendissent: inuidiam in misericordiam uertit. Mouerat & claritas iuuenis: & patris eius senectus atque orbitas. Primum asiã apererat regi: omnium periculorum eius particeps semper alteri acie cornu defenderat. Philippo quoque ante omnes amicus: & ipsi alexandro tam fidus: ut occidendi attalum non alio ministro uti mallet.

Licestes alexander ex custodia educitur.

Horum cogitatio subibat exercitum: seditiosaque uoces referebant ad regem: quod illud haud sane motus satisque prudens omnia uitia negotio discuti edixit: ut omnes in uestibulo regie preesto afforent: quos ubi frequenter adesse cognouit: in concione processit: haud dubie ex copposito affarios postulare cepit: ut licestes alexander: qui multo antequam philotas regem uoluisset occidere exhiberet: a duobus indicibus sicut supra diximus delatus: tertium iam annum custodiebat in uiculis. Eundem in philippi quoque caedem coniurasse cum pausania per comperto fuit: sed quia primum alexandrum regem salutauerat supplicio magis quam crimini fuerat exceptus. Tum quoque antipatri soceri eius preces iustam regis iram morabant. Ceterum recadum it soporatus dolor: quippe ueteris piculi memoriam presentis cura renouabat. Igitur alexander ex custodia educitur: iussusque dicere quicquid toto trienno meditatus erat defensionem: tamen haesitans & trepidus pauca ex iis quae composuerat protulit: ad ultimum non memoria solum: sed et memorem eum destituit. Nulli erat dubium: quoniam trepidatio consciencie iudicium esset: non memoriae uicium. Itaque exiis qui proxime astiterant oblectantem adhuc obliuioni lanceis confoderunt: cuius corpore sublato lex introduci iussit amyntam & Symmanam: polemon uero minimus ex fratribus: cum philotam torqueri comperisset: profugerat. Omnium philotæ amicorum hi charissimi fuerant ad magna & honorata mysteria illius maxime suffragatione producti: memineratque rex summo studio ab eo consiliatos sibi. Nec dubitabat huius quoque ultimi consilii fuisse participes. Igitur olim sibi suspectos matris suae litteris: quibus esset admonitus: ut ab his salutem suam tuerentur.

Licestes alexander occiditur.

tur: cæterum se inuitum deteriora credentē; nunc manifestis indiciis uictum iussisse
 uinciri. Nam pridie q̄ detegeret philotæ scelus: quin in secreto cum ipso fuissent non
 posse dubitari. Fratrem uero qui p̄fugerit: cum philotas torqueret: aperuisse fugæ cau-
 sam. Nuper præter consuetudinem officii spem amoris longius cæteris admouisse se/
 metipsum lateri suo nulla probabili causa: seq̄ mirantem non uice sua tali fugerent of-
 ficio: ex ipsa trepidatione eorum perterritū strenue ad armigeros: qui proxime seque-
 bant: recessisse. Ad hoc accedere quod cum Antiphatenes scriba equitum Amyntæ Antipha-
 denuntiasset: pridie q̄ philotæ scelus depræhensum eēt ut ex suis equis more solito da-
 tenes scri-
 rent iis: qui amisissent suos: superbe respondisse: nisi incepto desisteret: breui scituz
 ba equitū
 quis ipse eēt. Iam linguæ uolētiam temeritatēq̄ uerborū: quæ i semetipsum iacularēt
 nihil aliud eē q̄ scelesti animi idicē ac testem: quæ si uera eēnt: idē meruisse eos: quod
 philotā. Si fallā exigere ipm ut refellant. Product⁹ deinde Antiphatenes de equis nō
 Amyntas
 traditis & adiectis eēt nimis superbe responsis i simulat. Inde captus Amyntas facta di-
 capitur.
 cendi potestate: nihil inquit interest regis: peto ut dum dico uinculis liberer. Rex sol-
 uī utrunq̄ iubet: desiderantiq̄ Amyntæ ut habitus quoq̄ redderet: armigeri lanceam
 dari iussit: q̄ ut leua compræhendit euitato eo loco: in quo Alexandri corpus pauloan
 Amyntas
 te iacuerat. Qualiscunq̄ iquit exitus nos manet Rex: confitemur prosperum: tibi de
 p se cām
 bituros tristiorē fortunæ imputaturos. Sine præiudicio dicimus cām: liberis corpori
 dicit.
 bus animisq̄ habitū eēt in quo te comitari solemus: reddidisti. Causam non possum⁹:
 fortunam timere desinemus. Te quaeso: permittas mihi id primum defendere: qd̄ a te
 ultimū obiectum est. Nos rex sermonis aduersus maiestatem tuam habiti nullius con-
 scii sumus nobis. Dicerē iam pridē uicisse te inuidiā: nisi piculū eēt: ne alia maligne di-
 cta crederes blanda oratiōe purgari. Cæterū etiā si militis tui uel in agmine deficientis
 & fatigati: uel in acie periclitantis: uel in tabernaculo ægri & uulnera curantis: aliqua
 uox al̄pior a se eēt accepta: merueramus fortibus factis: ut malles ea tēpori nostro ipu-
 tare: q̄ aīo: cum quid accidit tristius oēs rei sunt. Corporibus nostris: q̄ utiq̄ non odi-
 mus: infectas admouemus manus. Parentes liberis si occurrāt: & ingrati & inuisi sūt
 Contra cū donis honoramur cū præmiis onusti reuertimur: qs̄ ferre nos pōt: qs̄ illā
 animorū alacritatem cōtinere militantū: nec indignatio: nec læticia moderata est. Ad
 oēs affectus ipetu rapimur. Vituperamus: laudamus: miseremur: irascimur. Vtrūq̄
 Ad oēs af-
 præsens mouit affectio: modo indiā adire & oceanū libet: modo cōiugiū & liberorum
 sectus im-
 patriæq̄ memoria occurrit. Sed has cogitatiōes: has inter se colloquētū uoces signū
 petu rapi-
 tuba datū finit. In suos ordines quisq̄ currimus: & qcqd̄ iraz̄ in tabernaculo cōceptū
 mur.
 est: in hostiū effundit̄ capita. Vtinā philotas quoq̄ intra uerba peccasset. Proinde ad
 id reuertar: p̄pter quod rei sumus. Amicitia quæ nobis cū philota fuit: adeo non eo in-
 ficias: ut expetisse quoq̄ nos: magnosq̄ ex ea fructus p̄cepisse confitear. An uero par-
 menionis quē tibi pximū esse uoluisti filiū: oēs p̄ene amicos tuos dignatiōe uincētē
 cultū a nobis eē miraris? Tu hercule si uerū audire uis rex: huius nobis periculi cā es.
 Quis. n. ali⁹ efficit: ut ad philotam decurrerēt: q̄ placere uellēt tibi? Ab illo traditi ad
 hūc gradū amicitia tuæ ascēdimus. Is apud te fuit: cuius gratiā expetere: & irā timere
 possem⁹. Si nō pp̄modū tuo uerberatu ei oēs te p̄tereunte iurauimus: eosdē nos ini-
 micos amicosq̄ habituros eē quos tu h̄res: hoc sacramēto pietatis obstricti aduersare
 mur. s. quē tum oibus p̄ferebas Igit̄ si hoc crimē est: ut paucos innocentes habes: imo
 hercule neminē. Oēs. n. philotæ amici eē uoluerūt: sed totidē: quot uolebāt eē nō pote-
 rant. Ita si a cōsciis amicos nō diuidis: nec ab amicis qd̄ separabis illū: q̄ idem esse uo-

luerūt. Quod igit̄ cōsciēt̄iā affert̄ indicīū: ut opinor q̄a pridie familiariter & sine ar-
bitris locut̄ ē nobiscū. At ego purgare nō possem: si pridie qcq̄ ex uetere uita ac mor-
mutassem. Nūc uero si ut oībus dieb⁹ illo quoq̄ q̄ suspectus ē: fecimus: cōsuetudo di-
luet crimē. Sed equos antiphani nō dedimus: & pridie q̄ philotas detect⁹ ē: hęc mi-
hi cū Antiphane rex erat: q̄ si nos suspectos facere uult: qd̄ illo die equos nō dedimus:
semetipsū: qd̄ eos desiderauerit: purgare nō poterit. Anceps. n. crimē ē iter retinētem
& exigētē: nisi qd̄ melior ē cā suū nō tradētis: q̄ poscētis alienū. Cæter⁹ rex equos decē
habeo: eqs Antiphanes octo iā distribuerat iis: q̄ amiserāt suos. Oīno duos ipse habe-
bam quos cū uellet abducere hō supbissim⁹ certe iniquissime: nisi pedes militare uellē
retinere cogebat. Nec inficias eo liberi hoīs aīo locutū esse me cū ignauissimo: & hoc
nū militiā suā usurpāt: ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc. n. malor⁹ uētū
ē: ut uerba mea eodē tpe & Alexādro excusēm & Antiphani. At Hercule mī de nobis
inimicis tuis scripsit. Vtinā prudēti⁹ eēt sollicita pro filio: & nō inanes quoq̄ species
anxiō aīo figuraret. Quare. n. nō ascribit̄ metus sui cām: Deniq̄ nō ostēdit̄ auctore:
quo facto dictoue nostro mota tam trepidas tibi lras scripsit. O miserā conditionem
meā: q̄a forsitan nō piculosius est tacere q̄ dicere. Sed utcūq̄ cessura res est: malo tibi
defensionē meā displicere: q̄ cām. Agnosces aut̄ quæ dicturus sum: q̄ppe meministi:
cum me ad pducendos macedonia milites mitteres dixisse te multos integros iuuenes
in domo tuā matris abscondi: præcepisti igit̄ mihi: ne quē præter te intuerer: sed de-
trectantes militiam pducerem ad te. Quod equidē feci: & liberius: q̄ expediebat mi-
hi executus sum ipeium tuū Gorgian & Hegateum & Gorgatan: quor⁹ bona ope-
ra uteris inde pduxisti. Quid igit̄ iniquius est q̄ me: qui si tibi non paruissē: iure datu-
rus sui pœnas: nunc p̄ire q̄a parui? Neq̄. n. ulla alia matris tuæ psequendi nos causa est
q̄ quod utilitatē tuam muliebri præposuimus gratiā. Vīm macedonum peditum &
dc. equites adduxi: quor⁹ pars secutura me non erat si militiam detrectantibus indul-
gere uoluissē. Sequit̄ ergo: ut q̄a illa pp̄ hanc cām irascit̄ nobis tu mitiges matrem:
qui irā eius nos obtulisti: dum hęc Amyntas agit: forte supuenerūt: qui fratrem eius

polemon
capt⁹ i cō-
cionē per-
ducitur.

Polemonem: de quo ante est dictum: fugientem consecuti uictū reducebant. Infesta
cōcio uix ihiberi potuit: qn̄ p̄tin⁹ suo more saxa in eum iaceret. Atq̄ ille sane interrit⁹
nihil inqt̄ p̄ me de p̄cor: mō ne fratrum inocēt̄iā fuga iputet̄ mea. Hic si defendi nō pōt
meū crimen sit. Hor⁹ ob id ipm̄ melior est cā: qd̄ ego q̄ p̄fugi suspectus sum. At hęc
elocuto uniuersa cōcio assensa ē. Lachrymā deīde oībus manare cœperūt: adeo i con-
trarium repente mutatis: ut solum p̄ eo esset: qd̄ maxime læserat. Iuuenis erat primo
ætatis flore pubescens: quem iter eq̄tes tormentis Philotæ conturbatos alienus terror
abstulerat. Desertū. n. a comitibus & hāsitantē inter reuertendi fugiendiq̄ consilium
q̄ secuti erāt occupauerunt. Is tum flere cœpit: & os suū cōuerberare mœstus non luā
uicē: sed pp̄ ipsam periclitatiū fratrum. Moueratq̄ iā regem non cōcionem mō: sed un⁹
erat ip̄licabilis frater: q̄ terribili uultu ituens eum. Tum ait demēs lachrymare debue-
ras: quū equo calcaria subderes fratrum desertor & desertor⁹ comes. Miser quo & unde
fugiebas? Effecisti ut reus capit̄is accusatoris uterer uerbis. Ille peccasse se: sed grau⁹

Alexan. in frēs: q̄ i semetipsum fatebat̄. Tū uero neq̄ lachrymis neq̄ acclamationib⁹: quib⁹
Amyntæ studia sua multitudo p̄fiteb̄ tēperauerunt. Vna uox erat pari emissa cōsensu: ut i son-
ac eius fra- tibus & fortib⁹ uiris p̄ceret: amici quoq̄ data misericordiā occasiōe cōsurgūt: flētesq̄
tribus regē de p̄cant. Ille silentio fco: & ipse inqt̄ Amyntā mea sn̄ia frēsque eius absoluo. Vos
ignouit. aut̄ iuuenes malo beneficii mei obliuisci: q̄ piculi uestri meminisse. Eadē fide redite i

gratiam mecū: qua ipse uobiscū reuertor. Nisi quæ delata eēnt excussissem ualde: dis-
 simulatio mea superare potuisset. Sed satius est purgatos eē: q̄ suspectos. Cogitate ne
 minē absolui posse: nisi q̄ dixerit cām. Tu Amynta ignosce fratri tuo: erit hoc simpli-
 citer et recōciliati animi tui pignus. Cōcione deīde dimissa. Polydamāta uocari iubet.
 Longe acceptissimus Parmenioni erat: proximus lateri in acie stare solitus. Et q̄q̄ con-
 scientia fretus in regiā uenerat: tamē ut iussus est: fratres suos exhibere admodū iuue-
 nes & regi ignotos ob ætatē fiducia in sollicitudinē uersa trepidare cœpit: sapius quæ
 nocere possent: q̄ qb̄ eludere reputās. Iā armigeri qb̄ iperatū erat pduxerant eos:
 quū exāguē metu polydamāta pprius accedere iubet. Submotis oībusq; scelere iquit
 parmenionis oēs pariter appetiti sumus. Maxime ego ac tu: quos amicitia sp̄e fefellit
 ad quē psequēdū puniēdūq; uide q̄tū fidei tuæ credā: te ministro uti statui. Obsides:
 dū hoc pagis erūt fratres tui: proficiscere in mediā & ad pfectos meos litteras scriptas polydā-
 manu mea perfer. Velocitate opus est: qua celeritatē famæ antecedas. Noctu perue-
 nire illuc te uolo: postero die quæ scripta erūt exequi. Ad parmeniona quoq; epistolas menione
 feres: unā a me: alterā philotæ noīe scriptā. Signū ānuli eius in mea potestate ē. Si pa-
 ter credita filio ipressum: quū te uiderit nihil metuet: polydamas tanto liberatus me-
 tu ipensius ē: q̄ exigebat pmittit operā. Collaudatusq; & præmiis oneratus: deposita
 ueste: quā habebat: arabica induit. Duo arabes: quosq; interim coniuges ac liberi uin-
 culū fidei obsides apud regē erant: dati comites: per deserta et ā ob siccitatē loca came-
 lis. xi. die: quo destinauerat pueniunt. Et prius q̄ ipsius nūciare aduentus: rursus po-
 lydamas uestē macedonicā sumit: & in tabernaculū Cleandri (ptor hic regius erat)
 quarta uigilia puenit. Redditis deīde litteris constituerunt priā luce ad parmenionē
 coire. Nāq; cæteris quoq; litteras regis attulerat. Iā ad eū uēturi erant: cū parmenioni
 polydamanta uenisse nūciauerūt: q̄ dū lætat aduentu amici simulq; noscēdi: quæ rex
 ageret auidus (q̄ppe longo interuallo nullā ab eo epistolā accepat) Polydamāta regi
 iubet. Diuersoria regionis illius magnos recessus habent: amœnosq; nemoribus ma-
 nu cōsitis. Et præcipue regū satraparūq; uoluptas erat. Spatiabat̄ in nemore Parme-
 nion medius inter duces: quibus erat iperatū litteris regis: ut occiderēt. Agendæ ā rei
 constituerāt tēpus: cū Parmenion a polydamante litteras traditas legere cœpisset: po-
 lydamas procul ueniens: ut a parmenione conspectus uultu læticiae speciē præferēte mas red-
 ad complectēdū eū cucurrit: mutuaq; gratulatione functi: polydamas epistolā a rege dit lras ip-
 scriptam rei tradidit. Parmenion uinculū epistolæ soluēs: q̄dnā rex ageret requirebat menioni.
 Ille ex ipsis litteris cognitus esse respondit. Quibus parmenion lectis: rex inquit expe-
 ditionē parat in Aracosios. Strenuū hoīem & nunq̄ cessantē. Sed temp̄ salutis suæ tā-
 ta iam parta gloria parcere. Alterā deīde epistolā philotæ noīe scriptā lætus: quod ex
 uultu notari poterat: legebat. Tū eius latus gladio haurit Cleāder: deīde iugulum fe-
 rit: cæteri exanimū quoq; confodiūt. Et armigeri qui aditu nemoris astiterāt: cognita on occidi-
 cæde cuius causa ignorabat̄: in castra pueniūt: & tumultuoso nūtio milites cōcitant. tur.
 Illi armati ad nemus: in quo ppetrata cades erat coeūt: & ni polydamas cæteriq; eius-
 de noxæ participes dedant̄: muq; circūdatū nemori euersuros denūciant: oīumq; san-
 guine duci parēturos. Cleāder priores eorū itromitti iubet: litterasq; regis scripras ad
 milites recitat: quib̄ insidiae parmenionis in regē: pcesq; ut ipm uīdicarēt cōtinebat̄.
 Igit̄ cognita regis uoluntate: nec q̄dem indignatio: sed tamen seditio cōpressa ē. Dila-
 psis plurib̄ pauci remāserūt: q̄ saltē ut corp̄ ipsi sepelire pmitterēt: p̄cabāt. Diu id
 ne gratū ē. Cleādri metu: ne offenderet regē. Perūnaci deīde p̄cātib̄ materiē cōster

Caput p/ nationis subtrahendam ratus: capite deciso truncum humare permisit. Ad regem ca-
 menionis put missum est. Hic exitus Parmeniōis fuit militiæ domiq; clari uiri. Multa sine rege
 ad alexā. prospere. Rex sine illo nihil magnæ rei gesserat. Fœlicissimo regi & omnia ad fortu-
 delatum. næ suæ exigenti modum satisfecit. lxx. natus annos iuuenis ducis & sæpe etiam grega-
 rii militis munera explicuit. Acer consilio; manu strenuus; charus principibus; uulgo
 militum acceptior. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem: an tantum suspectū
 fecerint; ambigi potest. Quare philotas ultimis cruciatibus uictus uera ne dixerit: q̄
 facta probari non poterant; an falsis tormentorum petierit finem; re quoq; recentī cū
 magis posset liquere; dubitatum est. Alexander quos mortem Parmenionis conque-
 stos esse compererat; separandos a cætero exercitu ratus; in unam cohortem secreuit;
 Leonida. ducemq; his Leonidam dedit; & ipsū Parmenioni quondā intima familiaritate con-
 iunctum. Fere iidem erant: quos alioquin rex habuerat inuisos. Nam cū experiri uel-
 let militum animos; admonuit qui litteras in macedoniam ad suos scripserat; iis quos
 ipse mittebat perlaturis cum fide traderet; simpliciter ad necessarios suos quisq; scri-
 pserat: quæ sentiebat. Aliis grauis erat; plarīsq; non ingrata militiā. Ita & agentū gra-
 tias; & quærentium litteræ exceptæ sunt. Et qui forte tædium laboris per litteras erant
 in castra: quos omnis uerberibus affectos sub ipsis radicib⁹ Petræ crucibus iussit af-
 figi. Multitudo deditōis incolis nouæ urbiū cum pecuniā capta dono data est. Ar-
 tabazus in Petræ regionisq; appolita esset ei tutela relicta est.

Q. CVRTII DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS
 MACEDONVM LIBER SEPTIMVS.



ALEXANDER Maiore fama: quam gloriā inditionem redacta Petra
 cum propter uagum hostem spargendæ manus eēt: in tres partes di-
 uisit exercitum. Ephestionē uni: Cenon alteri duces dederat. Ipse cæ-
 teris præerat. Sed non eadē mens omnibus barbaris fuit. Armis q̄dam
 subacti: plures ante certamen imperata fecerūt: quibus eorū q̄ in defe-
 ctione perleuerauerāt: urbes agrosq; iussit attribui. At exules bactriani cū. dccc. equi-
 tibus massagetarum proximos uicos uastauerūt. Ad quos coercēdos Attinas regio-
 nis eius præfectus. ccc. equites insidiarum quæ parabant ignarus eduxit. Nāq; hostis
 in siluis: quæ erant forte campo iunctæ: armatum militem condidit: paucis propellē-
 tibus pecora: ut improuidum ad insidias præda perduceret. Itaq; composito agmine
 solutisq; ordinibus. Attinas prædabundus sequebat: quem prætergressum siluam: q̄
 in ea confederant: ex improuiso adorti cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Cra-
 terum huius cladis fama perlata est: qui cum omni equitatu superuenit. Et massage-
 tæ quidem iram refugerant. Dacæ mille oppressi sunt: quorū clade totius regionis fi-
 nita defectio: alexander quoq; Sogdianis rursus subactis. Maracanda repetit. Ibi ber-
 des: quæ ad scythas suā Bosphorū colētes miserat: cum legatis gentis occurrit. Phra-
 taphanes quoq; qui choras præerat: massagetis & dacis regionum confinio adiūctus
 miserat: qui facturū imperata polliceret. Scythæ petebant: ut Regis sui filiam ma-
 trimonio sibi iungeret. Si dedignaret affinitatē: principes macedonum cum primori-
 bus suæ gētis cōnubio coire pateret. Ipsum quoq; regum regē uēturum ad eum pol-
 licebant. Vtraq; legatione benigne audita Ephestionē & Artabazum opperēs sta-
 tiua habuit: quibus adiunctis in regionem: quæ appellat bazarā peruenit. Barba-
 ræ opulētix in illis locis haud ulla sunt maiora inditia: q̄ magis nemoribus salubusq; regio
 nobilium ferarum greges clausit. Speciosa ad hoc eligunt siluas crebris perhēnium
 aquarum fontibus amœnas. Muris nemora cingunt: turesq; habēt uenantium re-
 ceptacula. Quattuor continuis ætatibus intactum saltum fuisse cōstabat: quæ alexā-
 der cō toto exercitu igressus agitari undiq; feras iussit: iter quas cū leo magnitudinis
 rare ip̄m regē iuasurus incurreret: forte Lisimachus q̄ postea regnauit p̄ximus alexā-
 dro uenabulū obicere feræ cœperat. Quo rex repulso & abire iussio adiecit: tam a se-
 met: q̄ a Lisimacho leonē iterfici posse. Lisimachus. n. quōdam cū uenaret in Syria Lisima-
 occiderat eximix magnitudinis ferā solus. Sed leuo humero usq; ad ossa laceratus ad chus leo/
 ultimū piculi puenerat. Id ip̄m exprobrās ei res: fortius q̄ locutus ē fecit. Nā ferā non nem uno
 excepit mō: sed ēt uno uulnere occidit. Fabulā quæ obiectū leoni a rege Lisimachum uulnere
 temere uulgauit: ab eo casu: quæ supra diximus: ortam eē crediderim. Ceterū mace-
 occidit,

h

Ferarum
.iiii. milia
occidit
Alexan.
Clytus.
Hellanic
ce nutrix
Alexan.
Alex. res
gestas ce
lebrat.

dones quæ p[ro]spero eu[er]tu defunctus erat Alexander: tum sinere gentis suæ more ut pe-
des uenaret[ur] haud sine delectis principum amicorumq[ue]. Ille.iiii. milibus ferar[um] deie-
ctis in eod[em] saltu c[um] toto exercitu epulatus ẽ. Inde Maracanda redit[us] est. Acceptaq[ue]
ætatis excusatione ab Ariabazo prouinciam eius destinat Clyto: hic erat q[ui] apud gra-
nic[um] amnem nudo capite regem dimicantem clypeo suo texit. R[ati]os faceris man[us] ca-
piti regis immin[en]tem gladio amputauit. Vetus Philippi miles multisq[ue] bellicis opibus
clarus. Hellanice quæ alexandrum educauerat soror eius: haud secus quam mater a
rege diligebatur. Ob has causas ualidissimam imperii partem fidei eius tutelæq[ue] com-
milit. Iamq[ue] iter parare in posterum iussus solemn[is] & tempestiuo adhibet[ur] conuiuio.
In quo rex cum multo incaluisset mero: imodicus æstimator sui celebrare quæ ges-
serat cœpit. Grauis etiam eor[um] auribus: qui sentiebant uera memorari, Sil[en]tium tum
habuere seniores: donec Philippi res orsus obterere: nobil[is] apud ceroneam uictoria
sui operis fuisse iactauit: ademptamq[ue] sibi malignitate & inuidia patris tantæ rei glo-
riam. Illum quid[em] seditione inter macedones milites & græcos mercenarios orta de-
bilitatum uulnere: quod in ea consternatione acceperat iacuisse: non alias q[ua]m simula-
tione mortis tutiorem se corpus eius protexisse clypeo suo: ruentesq[ue] in illum sua ma-
nu occisos. Quæ patrem nunquam equo animo e[ss]e confessum inuitum filio debent[em]
salutem suam. Itaq[ue] post expeditionem: quam sine eo fecisset ipse in illyricos uictor[em]
scripsisse se patri fusos fugatosq[ue] hostes. Nec affuisse unquam Philippum. Laude di-
gnos e[ss]e non qui samothracum initia uiserent. Cum asiam ur[is] uastariq[ue] oporteret: sed
eos qui magnitudine rerum fid[em] antecessissent: hæc & his similia lati audire iunenes
ingrata senioribus erant: maxime propter Philipp[um]: sub quo diutius uixerant. Tum
Clytus ne ipse quid[em] satis sobrius ad eos qui infra ipsum cubabant: conuersus Euri-
pidis rettulit carm[en]: ita ut sonus magis: quã sermo exaudiri posset a rege. Quo signi-
ficabatur male instituisse græcos: quod trophæis regum duntaxat nomina inscribe-
renter. Alieno enim sanguine partam gloriam intercipi. Itaq[ue] rex c[um] suspicaretur ma-
lignius habitum esse sermon[em]: percunctari proximos cœpit quid ex Clyto audissent.
Et illis ad silentium obstinatis. Clytus paulatim maiore uoce. Philippi acta bellaq[ue] in
græcia gesta c[om]memorat: omnia præsensibus præsens. Hinc inter iuniores senesq[ue]
orta contentio est. Et rex uelut patienter audire quis Clytus obterebat laudes eius in-
gentem iram conceperat. Cæterum cum animo uideretur imperaturus: si fin[em] proca-
citer orto sermoni Clytus imponeret: nihil eorum omittente magis exasperabatur.
Iamq[ue] Clytus etiam Parmenionem defendere audebat: & Philippi de atheniensibus
uictoriam thebarum præserebat excidio: non uino modo: sed etiam animi praua con-
tentione prouecturus. Ad ultimum si moriendum inquit est pro te: Clytus ẽ primus.
At uictoriæ arbitrium magis præsens præsens ferunt: qui procacissime patris tui memo-
riæ illudunt. Sogdianam regionem mihi attribuis: totiens rebellem: & non modo in-
domitam: sed quæ ne subigi quidem possit. Mittor ad feras bestias præsens inge-
ntia fortitas. Sed quæ ad me pertinent transeo. Philippi milites spernis oblitus nisi hic
Atharias senex iuniores pugnam detractantes reuocasset: ad hæc nos circa Alicarna-
sum hæsueros fuisse. Quomodo ergo Asiam etiam cum istis iunioribus subiecisti?
Verum est ut opinor quod auuncul[us] tuum in Italiam dixisse constat: ipsum in uiros
incidisse: te in fœminas. Nihil ex omnibus inconsulte ac temere actis reg[em] magis mo-
uerat: quam Parmenionis cum honore mentio illata. Dolorem tamen rex præsens:
contentus iussisse ut conuiuio excederet. Nec quicquam aliud adiecit: quam forsitan

eum (si diutius locutus foret) exprobatum sibi fuisse uitam a semetipso datam hoc enim superbe saepe iactasse. Atque illum cunctantē adhuc surgere: qui proximi ei cubuerant: iniectis manibus iurgantes monentesque conabantur abducere. Clytus cum abstraheretur: ad pristinā uolentiā ira quoque adiecta: suo pectore tergū illius esse defensum: nunc posteaquā tanti meriti prateriit tempus etiā memoriā inuisam esse proclamat. Attalī quoque eadem obiciebat: & ad ultimū Iouis: quē patrem sibi Alexāder assereret: oraculum eludens ueriora se regi: quam patrem eius respondisse dicebat. Iam tantum iræ conceperat Rex quantum uix sobrius ferre potuisset. Enim uero merito sensibus uictis ex lecto repente prosiluit. Attoniti amici ne positus quidem sed abiectis poculis consurgunt in euentum rei: quā tanto impetu acturus esset intenti. Alexander rapta lancea ex manibus armigeri. Clytum ad hęc eadem linguę intemperantia furentē percutere conatus: a Ptolomæo & Perdica inhibetur. Mediū complexi & obluctari perseuerantē morabantur. Lisimachus: & Leonatus etiā lanceam abstulerant. Ille militum fidem implorans: comprehendī se a proximis amicorum: quod Dario nuper accidisset exclamant. Signumque tuba dari: ut ad regiam armati cohiret iubet. Tum uero Ptolomæus & Perdicas genibus aduoluti orant: ne in tā præcipiti ira perseueret: spaciūque potius animo det. Omnia postero die iustius executurū. Sed clausæ erant aures obstrepente ira. Itaque impotens animi percurrit in regię uestibulū & uigili excubanti hasta ablata constitit in aditu: quo necesse erat iis qui simul cœnauerant egredi. Abierant cæteri: Clytus ultimus sine lumine exhibet. Quē rex quisnā esset interrogat. Eminebat etiā in uoce sceleris quod parabat atrocitas. Et ille iam non suę: sed regis iræ memor. Clytum esse & de conuiuio exire respondit. Hęc dicentis latus hasta transfixit. Morientisque sanguine aspersus. I nunc (inquit) ad Philippū: & Parmenionē: & Attalū. Male humanis ingeniis natura cōsuluit: quod plerūque non futura: sed tranfacta perpendimus: quippe res posteaquā ira mente decesserat: etiā ebrietate discussa magnitudinē facinoris sera æstimatione perspexit. Videbat tunc imodica libertate se abusum. Sed alioquin egregium bello uirum: & nisi erubesceret fateri seruatore sui occisum. Detestabile carnificis ministeriū occupauerat rex. Verborū licentiā: quæ uino poterat imputari: nefanda cæde ultus. Manabat toto uestibulo cruor. Paulo ante conuiuæ uigiles attoniti & stupentibus similes procul stabant: liberiorēque penitentiam solitudo excipiebat. Ergo hastā ex corpore iacentis euulsam retorsit in semet: iamque admouerat pectori: cū aduolant uigiles: & repugnantie manibus extorquet: alleuatūque in tabernaculū deferunt. Ille humi prostrauerat: corpus gemitu eiulatuque miserabili tota personat regia. Laniare deinde os unguibus: & circumstantes rogare ne se tanto dedecori superstite esse paterentur. In has præces tota nox exacta est. Scrutantēque num ira deorū ad tantū nefas actus esset: subit anniuersarium sacrificiū libero patri non esse redditū statuto tēpore. Itaque inter uinum & epulas cæde cōmissa iram dei fuisse manifestum. Cæterę magis eo mouebatur: quod omnium amicorū animos uidebat attonitos. Neminē cū ipso sociare sermonē postea ausurū. Viuendū esse in solitudine uelut feræ bestię terrenti alias: alias timentī. Prius deinde luce tabernaculo corpus: sicut adhuc cruentū erat: iussit inferri. Quo posito ante ipsum lachrymis abortis hęc inquit nutriti meę gratiā rettuli: cuius duo filii apud Miletū pro mea gloria occubere mortē: hic frater unicū orbitatis solatiū a me inter epulas occisus ē. Quo nunc se conferet misera? Omnibus eius usus supersum: quē

Clyti p̄t̄
nacia.Clytum
occidit
Alexan.
Plerūque
non futu
ra sed trā
facta pp̄
dimusGemitus
Alex. cly
to occiso

Solum equis oculis uidere non poterit. Et ego seruatorum meorum latro reuertar in patriam. Ut ne dexteram quae nutriti sine memoria calamitatis eius offerre possim? Et cum finis lachrymis querelisque non fieret: iussu amicorum corpus ablatum est. Rex triduum iacuit inclusus. Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognouerunt: uniuersi in tabernaculum irrupunt: diuque precibus ipsorum relictatum aegre uicerunt: ut cibum caperet. Quoque minus caedis puderet: iure interfectum Clytum dixerunt. Macedones quoque sepulturam prohibitori rex humari iussisset. Igitur decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda consumptis: cum parte exercitus Ephestionem in regionem Bactrianam misit: comensus in hyemem paraturum. Quam Clyto autem destinauerat provinciam Amyntae dedit. Ipse Xenippa per regionem uenit (scythiae confinis est regio) habitaturque pluribus ac frequentibus uicis: quia ubertas terrae non indigenas modo detinet: Sed etiam aduenas inuitat. Bactrianorum exulum: qui ab Alexandro defecerant receptaculum fuerat. Sed posteaquam regem aduentare compertum est: pulsus ab incolis: duo milia fere & ducenti congregantur. Omnes equites erant etiam in pace latrociniis assueti. Tum ferocia ingenia non bellum modo: sed etiam uenia desperatio efferauerat: itaque ex improviso adorti Amyntam praetorem Alexandri diu anceps praedium fecerant. Ad ultimum. dcc. suorum amissis: quorum. ccc. hostis coepit dedere terga uictoribus haud sane inulti: quippe. lxxx. macedonum interfecerunt: praeterque eos. ccc. & .l. saucii facti sunt. Veniam tamen etiam post alteram defectionem in petrae uenit. His in fide acceptis in regionem: quam nauram appellant. Rex cum toto exercitu uenit. Satrapes erat Sissimithrides duobus ex sua matre filiis genitis: quippe apud eos paribus stupro coire cum liberis fas est. ii. milibus armatis popularibus fauces regionis: qua in arctissimum cogitur ualido munimento sepserant. Praeterfluebat torrens amnis: ergo Petra claudebat: hanc manu peruiam incolae fecerant. Sed additu specus accipit lucem. Interiora nisi illato lumine obscura sunt. Perpetuus cuniculus iter praebet in campos ignotum nisi indigenis. At Alexander quanquam angustias naturali situ munitas ac ualidas manu barbari ruebatur: tamen arietibus ad motis munimenta quae manu adiuncta erat concussit: fundisque & sagittis propugnantium pluresque deiecit: quos ubi dispersos fugauit: ruinas munimentorum supergressus ad Petram admouit exercitum. Caeterum interueniebat fluuius coeuntibus aquis ex superiore fastigio in ualle: magnique operis uidebatur tam uastam uoragine explere. Cedi tamen arbores & saxa congeri iussit. Ingensque barbaros pauor rudes ad talia opera concusserat: excitatam mole subito cernentes. Itaque rex ad ditionem metu posse compelli ratus. Oxortam misit nationis eiusdem: sed ditionis suae: qui suaderet duci: ut traderet Petram. Interim ad augendam formidinem & turrets admouebantur: & excussa tormentis tela micabant. Itaque uertice Petrae omni alio praesidio damnato petiuerunt. At Oxortes trepidum diffidentemque rebus suis Sissimithre coepit hortari: ut fide quam uim macedonum mallet experiri: neu moraretur festinationem uictoris exercitus in indiam tendentis. Cui quisque semet offerret: in suum caput alienam cladem esse uersurum. Et ipse quidem Sissimithres ditionem abnuebat. Caeterum mater eademque coniux morituram se ante denuncians: quam in ullius ueniret potestatem. Barbari animum ad honestiora quam tutiora conuerterat: pudebatque libertatis maius esse apud foeminas: quam apud uiros praecium. Itaque dimisso internuncio pacis obsidionem ferre decreuerat. Sed cum hostis uires suasque perclaret: rursus muliebris consilii quod praecipuum magis quam necessarium esse credebat: poenitere eum coepit. Reuo-

catoq; strenue Oxorte futurū se in regis potestate respondit: unū imprecatus: ne uo-
 lūtate & consiliū matris suæ proderet: quo facilius uenia illi quoq; impetraret. Præ-
 missum igitur Oxortem cum matre liberisq; & totius cognationis grege sequebatur
 ne expectato quidē fidei pignore quod Oxotres promiserat. Rex equite præmissō q̄
 reuerti eos iuberet: oppeririq; præsentiam ipsius superuenit: & uictimis Mineruæ ac
 Victoriæ cæsis imperiū Sylimithri restituit: spe maioris etiā. prouinciæ facta si cū
 fide amicitiam ipsius coluisset. Duos illi iuuenes patre tradente secum militaturos
 sequi iussit. Relicta deinde phalange ad subigēdos qui defecerant cū equite proces-
 sit. Arduū & impeditū saxis iter primo utcūq; tolerabāt. Mox equorum non ungu-
 lis modo attritis: sed corporibus etiam fatigatis sequi plæriq; non poterant: & rarius su-
 binde agmen fiebat: pudorem ut fere fit immodico labore uincēte. Rex tamē subin-
 de equos mutans sine intermissione fugiētes in sequebatur. Nobiles iuuenes comita-
 ri eum soliti defecerant præter Philippum (Lisimachi erat frater) tum primū adultos
 & quod facile apparet indolis raræ: is pedes incredibile dictu perducēta stadia uectū
 regem comitatus est: saepe equū suū offerente Lisimacho: nec tamen ut digrederetur
 a rege effici potuit: cū lorica indutus arma gestaret. Idem cum peruentum eēt in sal-
 tum: in quo se barbari abdiderant: nobilem edidit pugnam regemq; comminus cum
 hoste dimicantē protexit. Sed postea quam barbari in fugam effusi deseruere siluas:
 animus qui in ardore pugnæ corpus sustentauerat liquit: subitoq; ex omnibus mem-
 bris profuso sudore arboris proximæ stipiti se applicuit. Deinde ne illo quidem ad-
 miniculo sustinēte manibus regis exceptus est: inter quas collapsus extinguit. Moe-
 stum regem alius haud leuis dolor excepit. Eriguus inter claros duces fuerat: quem
 extinctum esse paulo ante: q̄ reuerteretur in castra cognouit. V triusq; funus omni ap-
 paratu atq; honore celebratū est: dacas deinde statuerat petere. Ibi namq; Spitame-
 nem eē cognouerat. Sed hanc quoq; expeditionē ut plæraq; alia fortuna indulgendo
 ei nūquā fatigata pro absente transegit. Spitamenes uxoris in modico amore flagra-
 bat: quam ægram fugam: & noua subinde exilia tollerantē in omne discrimē comitē
 trahebat. Illa malis fatigata identidem muliebres adhibere blandicias: ut tamdē fu-
 gam listeret: uictorisq; Alexandri clamētiam expertus placaret: quem effugere non
 posset. Tres adulti erant liberi ex eo geniti: quos cū pectori patris admouisset: ut sal-
 tem eorum misereri uellet orabat. Et quo efficaciores eēt præces: haud procul erat
 Alexander. Ille se prodi nō moneri ratus: & formæ profecto fiducia cupere eam quā
 primū dedi Alexandro acinacem strinxit percussurus uxorē: nisi prohibitus eēt fra-
 trum eius occurso. Cæterum abire e conspectu iubet: addito metu mortis: si se oculis
 eius obtulisset: & ad desiderium leuandū noctes inter pellices agere cœpit. Sed poeni-
 tus hærens amor fastidio præsentium accensus est. Itaq; rursus uni ei deditus orare
 non destitit: ut tali consilio abstineret: patereturq; sortē quācūq; his fortuna fecisset.
 sibi mortem deditione esse leuiorem. At illa pugnare se quod quæ ultima esse cense-
 bat: muliebriter forsitan: sed fida tamē mente suassisset de cætero futuram in uiri pote-
 state. Spitamenes simulato captus obsequio de die conuiuū apparari iubet: uinoq;
 & epulis gauis semisomnus in cubiculū ferē. Quem ut alto & graui somno spiritū
 eē sensit uxor gladiū quem ueste occultauerat stringit: caputq; eius abscissum cruore
 resperla seruo suo conscio facinoris tradit. Eodē comitante: sicut erat cruēta ueste in
 macedonū castra puenit: nūtiariq; Alexandro iubet adesse: quæ ex ipsa deberet agno-
 scere. Ille protinus barbaram iussit admitti. Quam ut aspersam cruore cōspexit: ra-
 ciditur.

Nauram
regionē
recepit
Alexan.

Philippus
pedes ue-
locissimus

Philippi
mors
Erigui
mors
nunciat.

Spitame-
nes ab
uxore oc-
ciditur.

tus ad deplorandam contumeliam uenisse dicere: quæ uellet iubet. At illa seruū; quē stare in uestibulo iusserat introduci desiderauit. Qui quia caput Spitamenis ueste tectum habebat suspectus scrutantibus quod occuleret ostēdit. Confuderat oris exāguis notas pallor; nec quis esset nosci satis poterat. Ergo rex certior factus humanū caput afferre eum tabernaculo excessit: percūctatusq; quid rei sit illo, proficiente cognoscit. Variæ hinc cognitiones inuicem animū diuersa agitantē commouerat. Meritum inuengens in semet eēt credebatur: quod transfuga & proditor; quod tantis rebus (si uiuisset) inuecturus moram interfectus eēt. Contra facinus ingēs auersabat: cū optime meritū de ipsa communiū parentē liberorū p̄ insidias interemisset. Vicit tamē gratiam meriti sceleris atrocitas: denūciariq; iussit: ut excederet castris. Ne uolentia Barbaræ exemplar in græcorū mores & mitia ingenia transferret. Dacæ Spitamenis cæde compta: Dataphrenem defectionis eius participem uinctū Alexandro seq; dedunt. Ille maxima præsentium curarū parte liberatus conuertit animū ad uindicandas iniurias eorū; quibus a prætoribus suis auare ac superbe imperabat. Ergo Pharaoh hircaniam cardos cum Thaphiris tradidit: mandauitq; ut Phradatē cui succedebat: ad se in custodiam mitteret. Arsamī dramarū præfecto substitutus ē Tanfonor. Arsaces in mediam missus: ut Occidates inde discederet. Babylonia mortuo Mazeo Deditamēni subiecta est. His compositis tertio mense ex hybernis mouit exercitum regionē quæ gabaza appellat̄ aditurus. Primus dies quietū iter præbuit. Proximus ei nondū quidem procellosus & tristis obscurior tamen pristino: non sine crescentis malī damno præterit. Tertio ab omni parte cœli emicare fulgura: & nūc internitente luce nūc cōdita: non oculos modo meantis exercitus: sed etiā animos terrere cœperūt. Erat prope continuus cœli fragor: & passim aduētium fluminū species uisebatur. Attonitisq; auribus stupēs agmen nec progredi nec consistere audebat. Tum repēte imber grandinē incutiēs torrētis modo effundit̄. Ac primo quidem armis suis tecti exceperant. Sed iam nec retinere arma lubricæ & rigentes manus poterant: nec ipsi destinare: inquam regionē obuenterēt corpora: cum undiq; tēpestatis uiolētia maior: quā uitabatur occurreret. Ergo ordinibus salutisq; p̄ totum saltum errabundū agmē ferebat̄: multiq; prius metu: quā labore defatigati: prostrauerant humi corpora: quāq; imbrem uis frigoris concreto gelu astrinxerat. Alii se stipitibus arborū admouerant. Id plurimis & admīniculum & suffugium erat. Nec fallebat ip̄os mortū locum eligere: cum immobilis uitalis calor linqueret. Sed grata erat pigritia corporū fatigatis: nec recusabant: extingui quiescēdo: quippe nō uehemēs modo: sed etiā perūnax uis malī insistebat lucēq; naturale solatium præter tempestatem haud disparem nocti siluarū quoq; umbra suppresserat. Rex unus tanti malī patiens circuire milites: contrahere dispersos: alleuare prostratos: ostendere procul euolutum ex tuguriis fumū: hortariq; ut proxima quæq; suffugia occuparent. Nec ulla res magis salutī fuit: quā quod multiplicato labore sufficientem malis: cui ipsi cesserant: regem deserere erubescerent. Cæterū efficacior in aduersis necessitas quam ratio: frigoris remediū inuenit. Dolabris enim siluas sternere aggressi: passim aceros struelq; accenderunt. Continenti incendio ardere crederes saltum: & uix inter flammās agminibus relictum locum. Hic calor stupentia membra commouit: paulatimq; spiritus: quem continuerat rigor: meare libere cœpit exceperere alios tecta barbarorum: quæ in ultimo saltu abdita necessitas inuestigauerat. Alios castra: quem in humido quidem sed etiā cœli mitescēte sœuitia locauerunt. xx. militū atq; lyxarum calonūq; pestis illa consumpsit. Memoria p̄

Necessitas in aduersis efficacior
quā ratio
Frigus multos
interemit.

ditū est: quosdam applicatos arborum truncis: & non solū uiuentibus: sed & inter se colloquentibus similes esse conspectos: durante adhuc habitu in quo mors quēq; deprehenderat. Forte macedo gregarius miles seq; & arma sustētans tandē in castra puenerat. Quo uiso rex quāq; ipse tunc maxime admoto igne refouebat artus: ex sella suū exiuit: torpētēq; militē & uix compotē mentis demptis armis i sua sede iussit considerere. Ille dū nec ubi requiesceret: nec a quo esset exceptus agnouit. Tādem recepto calore uitali: ut regiam sedem regemq; uidit territus surgit. Quem intuens Alexander. Ecquid intelligis miles inquit: quanto meliore sorte: q̄ perse sub rege uiuatis? Illis enim in sella regis consedisse capitale foret: tibi salutū fuit. Postero die conuocatis amicis copiarumq; ducibus pronuntiarī iussit ipsum omnia: quæ amissa essent reddidit: & promisso fides extitit. Nam Syllimithres multa iumenta & camelorum. ii. milia adduxit: pecoraq; & armenta: quæ distributa pariter militem & damno & fame liberauerunt. Rex gratiam sibi relata a Syllimithre præfatus: sex dierum cocta cybaria ferre milites iussit. Sagos petens totam hanc regionem depopulatus. xxx. milia pecorū ex præda Syllimithri dono dat: inde peruenit in regionem: cui cohortandus satrapes nobilis præerat: qui se regis potestate fideiq; permisit. Ille imperio ei reddito haud amplius q̄ ut duo ex tribus filiis secum militarent exegit. Satrapes etiam eum: qui penes ipsum relinquebatur tradit. Barbara opulentia conuiuium: quo regem accipiebat instruxerat. Id cum multa comitate celebraret: introduci. xxx. nobiles uirgines iussit. Inter quas erat filia ipsius Roxane nomine: eximia corporis specie & decore habitus in barbaris raro. Quæ quāq; inter electas processerat: omnium tamen oculos conuertit in se: maxime regis minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ: contra quam non satis cauta mortalitas est. Itaq; ille qui uxorem darii: qui duas filias uirgines: quibus forma præter Roxanem comparari nulla poterat: haud alio animo: q̄ parentis aspexerat: tunc in amore uirgunculae (si regiae stirpi comparet ignobilis) ita effusus est: ut diceret ad stabiliendum regnum pertinere: persas & macedones conubio iungi: hoc uno modo & pudorē uictis: & superbiam uictoribus detrahi posse. Achillem quoq; a quo genus ipse deduceret: cum captiua coisse. Ne inferri nefas arbitraretur: ita matrimonii iure uelle iungi insperato gaudio lætus pater sermonem eius excipit. Et rex in medio cupiditatis ardore iussit afferri patrio more panem (hoc erat apud macedones sanctissimum coeuntium pignus) Quem diuisum gladio uterq; libabat. Credo eos: qui gentis mores condiderunt: parco & parabili uictu ostēdere uoluisse iungentibus opes: quantulo contenti esse deberēt: hoc modo rex Asiae & Europæ introducū inter coniuales ludos matrimonio sibi adiunxit: e captiua geniturus apud Macedones. Pudebat amicos super uinum & epulas socerum exdeditis cedones. esse electum. Sed post Clyti cædem libertate sublata uultu: qui maxime seruit assentiebantur. Cæterum indiam & inde oceanum petiturus: ne quid a tergo quod destina duxit uxor impedire posset moueretur: ex omnibus prouinciis. xxx. milia iuniorum legi iussit: rē Alexandræ & ad se arma produci. Obsides simul habiturus & milites. Craterum ad persequēdos Haustanem & Catenem: qui ab ipso defecerant misit: quorum haustanes captus est. Catenes in prælio occisus. Polypercon quoq; regionem: quæ bubacene appellatur in Catenes deditioem redegit. Itaq; omnibus compositis cogitationes in bellum indicum uertit occisus ē. Diues regio habebatur non auro modo: sed gemis quoq; margaritisq; ad luxum magnitudinis qui ad magnificentiam exculpta. Periti militares auro & ebore fulgere dicebantur. Itaq; necubi uinceret: cū cæteris præstaret: scutis argenteas laminas eqs franos aureos scriptio.

Humanitas Alex.

In sella regis psax: cōledisse capitale erat.

Sagorregionē petiit Alex.

Cohortandus satrapes.

Roxane uirgo cuius amor exarsit

Alexan.

Panis sanctissimū

coeuntium pignus

apud Macedones

Roxanē

Hausta

Catenes

occisus ē.

india opulentia de

addidit: loricæ quoque alias auro: alias argento adornauit. cxx. milia armatorum erant
 quæ regem ad id bellum sequebantur. Iamque omnibus præparatis quod olim praua me-
 te conceperat: tunc esse maturat: quoniam modo cœlestes honores usurparet: cœpit
 agitare. Iouis filium non dici tantum se: sed etiam credi uolebat: tanquam perinde animis
 imperare posset ac linguis. Itaque more persarum macedonas uenerabundos ipsum salu-
 tare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciofa adulatio
 perpetuum malum regum: quoque opes sapius assentatio quam hostis euerit. Nec macedonum
 hæc erat culpa: nemo enim illorum quicumque ex patrio more labare sustinuit: sed græco-
 rum: qui professionem honestarum artium malis corruerant moribus. Hages qui-
 dam argiuus pessimorum carminum post choerilum conditor: & ex Sicilia Cleo: hic
 quidem non ingenii solus: sed etiam nationis uitio adulator: & cætera urbium suarum pur-
 gamenta: quæ propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a rege præfereban-
 tur. Hi tum cœlum illi aperiebant. Herculemque & patrem liberum & cum polluce ca-
 storem nouo numini cessuros esse iactabant. Igitur festo die omni opulentia conuiuium
 exornari iubet: cui non macedones modo & græci principes amicorum: sed etiam no-
 biles adhiberentur. Cum quibus cum discubisset rex: paulisper epulatus conuiuio egre-
 ditur. Cleo sicut præparauerat sermonem cum admiratione laudum eius instituit. Me-
 rita deinde percensuit: quibus uno modo gratiam referri posset: si quem intelligeret:
 deum esse confiterentur: exigua thuris impesa tanta beneficia persaturi. Persas quidem
 non pie solum: sed etiam prudenter reges suos inter deos colere: maiestatem enim impe-
 rii salutis esse tutelam. Nec Hercule quidem & patrem liberum prius dicatos deos: quam
 uicissent secum uiuentium inuidiam. Tantumde quoque posteros credere: quantum præ-
 sens ætas spondisset. Quod si cæteri dubitet: semetipsum cum rex inisset conuiuium
 prostraturum humi corpus. Debere idem facere cæteros: & in primis sapientia præ-
 ditos. Ab illis enim cultus in regem esse prodendum exemplum. Haud perplexe in Cali-
 sthenem dirigebatur oratio. Grauitas uiri & prompta libertas inuisa erit regi: quasi
 solus macedonas paratos ad tale obsequium moraret. Istum silentio facto unum illum
 intuentibus cæteris. Si rex inquit sermoni tuo affuisset: nullius profecto uox respon-
 suri tibi desideraretur. Ipse enim peteret: ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres
 neu rebus foelicissime gestis inuidiam tali adulatione contraheres. Sed quoniam abest:
 ego tibi pro illo respondeo: nullum esse eundem & diuturnum & præcocem fructum cœ-
 lestesque honores non dare te regi: sed auferre. Interuallo enim opus est: ut credat deus
 semperque hanc gratiam magnis uiris posteris reddunt. Ego autem seram immortalitatem
 præcor regi: ut uita diuturna sit & æterna maiestas. Hominem consequitur aliquando
 nunquam comitatur diuinitas. Herculem modo & patrem liberum consecrata immorta-
 litatis exempla referebas. Credis ne illos unius conuiuio decreto deos factos? Prius ab
 oculis mortalium amolita natura est: quam in cœlum fama perueheret. Scilicet ego
 & tu Cleo deos facimus. A nobis diuinitatis suæ auctoritate accepturus est rex. Poterit
 tuam experiri libet. Fac aliquem regem: Si deum potes facere: facilius est imperium
 dare quam cœlum. Diu propitii sine inuidia: quæ Cleo dixit audierint: eodemque cursu:
 quo fluxere res: ire patiantur. Nostris moribus uelint nos esse contentos. Non pudet
 patriæ nec desiderio: ad quem modum rex mihi colendus sit discere. Quos equidem uictos
 res esse confiteor: si ab illis leges quis uiuamus: accipimus. Aquis auribus Calisthe-
 nes ueluti uindex publicæ libertatis audiebatur. Ex præsserat non assensionem modo sed
 etiam uocem seniorum præcipue: quibus grauis erat iueterati moris externa mutatio

Iouis fili-
 credi uo-
 luit alex.
 Adulatio
 sapius q̄
 hostis re-
 gū opes
 euerit.
 hages pes-
 simorum
 carminū
 conditor.
 Choeril-
 Cleo adu-
 lator.

Calisthe-
 nis uerba

Nec quicquid eorum quæ inuicem iactata erant: rex ignorabat: cum post auleam: quæ lectos obduxerat staret. Igitur ad Hagem & Cleonem misit: ut sermone finito barbaros tantum cum intrasset: procumbere suo more paterentur. Et paulo post quasi potiora quadam ægisset conuiuium repetit. Quem uenerantibus persis Polypercon qui cubabat super regem: unum ex iis mento contingentem humum per ludibrium cepit hortari: ut uacilentius id quateret ad terram: elicitque iram Alexandri: quam olim animo capere non poterat. Itaque rex tu autem inquit non ueneraberis me? An tibi uni digni uideatur esse ludibrio? Ille nec regem ludibrio: nec se contemptu dignum esse respondit. Tum detractum eum lecto rex præcipit in terram. Et cum is pronus corruisset. Vides ne inquit idem te fecisse quod in alio paulo ante ridebas? Et tradit etiam in custodiam iussu conuiuium soluit. Polyperconti quidem postea castigato diu ignouit. In Calisthenem olim contumacia suspectum peruicacioris iræ fuit: cuius explenda maturatione obuenit occasio. Mos erat (ut supradictum est) principibus macedonum adultos liberos regibus tradere ad munia haud multum seruilibus ministeriis abhorrentia. Excudabant seruatis noctium uicibus proximi foribus ædis: in qua res acquiescebat. Per hos pellices introducebantur alio aditu: quam quæ armati obsidebant. Idem acceptos ab agasibus equos cum rex ascensus esset ad mouebant: comitabanturque & uenantem & in præliis omnibus artibus studiorum liberalium exculti. Præcipuus honor habebatur: quod licebat sedentibus uesci cum rege. Castigandi uerberibus eos nullius potestas præter ipsum erat. Hæc cohors uelut seminarium ducum præfectorumque apud macedonas fuit. Hinc habuere posteri reges: quorum stipibus multas ætates romanæ opes ademerunt. Igitur Hermolaus puer nobilis ex regia cohorte cum aprum tælo occupasset quæ rex ferire destinauerat: iussu eius uerberibus affectus est. Quam ignominiam ægre ferens deslere apud Sostratum cepit: ex eadem cohorte erat Sostratus amore eius ardens. Qui cum laceratum corpus: in quo deperibat intueretur: forsitan olim ob aliam quoque causam regi infestus: iuuenem sua sponte iam motum data fide acceptaque perpulit: ut occidendi regem consilium secum iniret. Nec puerili impetu rem executi sunt: quippe solerter quos in societatem sceleris adsciscerent. Nicostratum Antipatrum Asclepiodorumque & philotam placuit assumi: per hos adiecti sunt Anticles Elaptonius. Cæteræ agende rei haud sane facilis patebat uia. Opus erat eadē omnes coniuuratos nocte excubare ne ab expertibus consilii impediretur: forte autem alius alia nocte excubabat. Itaque intermutandis stationum uicibus cæteroque apparatu exequentiæ rei. xxx. & ii. dies absumpti sunt. Aderat nox: qua coniuurati excubare debebant: multa fide læti: cuius documentum tot dies fuerant. Neminem metus spesue mutauerat. Tanta omnibus uel regem ira: uel fides inter ipsos fuit. Stabant igitur ad fores ædis eius in qua rex uesciebatur: ut conuiuio egressum in cubiculum deducerent. Sed fortuna ipsius simulque epulantium comitas prouexit omnes ad largius uinum: ludicri etiam conuiuales extraxere tempus nunc lætis coniuuratis: quod sopitum aggressuri essent: nunc sollicitis ne in lucem conuiuium extraheret: quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere: ipsos post. vii. diem redditura uice. Nec sperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem. Cæterum cum iam lux appareret: & conuiuium soluit: & coniuurati exceperunt regem læti occasionem exequenti sceleris admotam. Cum mulier attonita (ut creditum est) mentis conuersari in regia solita: quia instinctu uidebatur futura prædicere non occurrit modo abeunti: sed etiam semet obiecit: uultuque & oculis motum præferens animi ut rediret in conuiuium mouit: & ille per ludum bene deos suadere res-

Ephora
nos
conu
ne

liberi ma
cedonum
principum
adulti re
gi serui
bant.

Hermo
laus uer
beratur.
Sostrat
Consiliu
occidendi
Alex.

Mulier a
lex. serua
uit.

pondit: reuocatisq; amicis in horā diei ferme secundā conuiuii tēpus extraxit. Iā alii ex cohorte in stationē successerant: ante cuniculi fores excubiuri. Adhuc tamen coniu- rati stabant uice officii sui expleta. Adeo pertinax spes est: quā humanæ mentes: quā ingentes concupiscentiæ deuouerūt. Rex benignius quā alias allocutus discedere eos ad curanda corpora (quoniā tota nocte perstitissent) iubet. Data sunt singulis ita sex- tertia: collaudatisq; quod etiā aliis tradita uice tamen excubare perseverassent: illi tan- ta spe destituti domos abeunt: & cæteri quidē expectabant stationis suæ noctē. Ephima- nes siue comitate regis: qua ipsū inter coniu ratos exceperat repente mutatus: siue quia cœptis deos obstare credebat fratri suo Eurilochō: quē antea expertē esse consiliū uoluerat quid pareretur aperit. Omnibus philotæ suppliciū in oculis erat: itaq; protin- us iniicit fratri manū: & in regiā peruenit. Excitatisq; custodibus corporis ad salutē regis pertinere quæ afferret affirmat: & tēpus quo uenerant & uultus haud sane secu- ri animi index & mœstitiæ duobus alterius Ptolomeū ac leonatū excubantes ad cubi- culi limen excitauerunt: itaque apertis foribus: & lumine illato: sopitū mero ac som- no excitant regē: ille paulatī mente collecta: quid afferrent interrogat. Nec cunctatus Eurilochus non ex toto domū suā auersari deos dixit: quia frater ipsius: quāq; impiū facinus ausus foret: tamen & pœnitentiā eius ageret: & per se potissimū profiteretur iudiciū: in ea ipsam noctē quæ decederet: insidias cōparatas fuisse Auctores sceles- ti consiliū esse: quos minime crederet rex. Tum Ephimanes cuncta ordine conscio- rumq; nomina exponit. Calisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat: sed solū puerorum sermonibus uituperantium criminantiumq; regem faciles aures præbere. Quidam adiiciunt: cum Hermolaus apud eum quoq; uerbera- tum se a rege quereretur dixisse. Calisthenem meminisse debere eos iam uiros esse. Idq; an ad consolandam patientiam uerberum: an ad incitandum iuuenum dolorem dictum esse: in ambiguo fuisse. Rex animi corporisq; sopore discusso: eum tanti peri- culi quo euasserat: imago oculis oberraret. Eurilochum, L. talentis & cuiusdam Ty- ridatis opulenti bonis donat protinus: fratremq; anteq̃ pro salute eius præcaretur re- stituit. Sceleris autem auctores interq; eos Calisthenem uinctos asseruari iubet: qui- bus in regiā adductis toto die ac nocte proxima mero ac uigiliis grauis acqueuit. Postero autē die frequēs consiliū adhibuit: cui patres propiniquq; eorum de quibꝫ agebatur intererant: ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more penne debebant omnium deuotīs capitibus qui sanguine contigissent eos. Rex introduci cō- iuratos præter Calisthenē iussit: atq; quæ agitauerant sine cunctatione confessi sunt. Increpantibus deinde uniuersis eos: ipse rex quo suo merito tantum in temet cogita- sent facinus interrogat. Stupentibus cæteris Hermolaus nos uero inquit quoniā qua- si nescias quæris: occidendi te consiliū inuimus: quia non ut ingenuis imperare cœ- pisti: sed quasi in mancipia dominaris. Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis parrī- cidam etiam parentis sui clamitans esse cōsurgit: & ad os manu obiecta scelere & ma- lis insanientē ultra negat audiendū. Rex ihibito patre dicere Hermolaū iubet: quæ ex magistro didicisset Calisthene: & Hermolaus uitor iquit bñficio tuo: & dico quæ no- stris malis didici. Quota pars macedonū sæuitiæ tuæ supest? Quotꝫ qdē nō a uilissi- mo sanguine: Attalus: & Philotas: & Parmenio: & Lyncestes: Alexander: & Clytus: respōdet. quātū ad hostes p̄inet uiuūt? Stāt in acie: te clypeis suis p̄tegunt: & p̄ gloria tua pro- uictoria uulnera accipiunt: quibus egregiam gratiam retulisti. Alius mensam tuam sanguine suo asperfit. Alius ne simplici quidē morte defunctus est. Duces exercituū

tuorum in eculeum impositi per sis quos uicerant fuere spectaculo. Parmenio i dicta causa trucidatus est: per quem Attalum occideras. Inuicē enim miserorū uteris manibus ad expectanda supplicia. Et quos pauloante ministros cedis habuisti: subito ab aliis iubes trucidari. Obstrepunt subinde cuncti Hermolao. Pater supremū strinxerat ferrum percussurus haud dubie: ni inhibitus esset a rege (quippe Hermolaum dicere iussit) petiq; ut causas supplicii augentem pariter audirent. Aegre ergo coercitis rursus Hermolaus quem liberaliter inquit pueris rudibus ad dicendum agere permittis: & Calisthenis uox carcere inclusa est: quia solus potest dicere. Cur enim non producitur: cum etiam confessi audiuntur? Nempe quia liberam uocem innocentis audire metuis. Ac ne uultum quidem pateris? At qui nihil eum fecisse contendo. Sunt hic qui mecū rē pulcherrimā cogitauerunt. Nemo est: qui consciū fuisse nobis Calisthenem dicat cū morti olim destinatus sit a iustissimo & patientissimo rege. Hunc ergo sunt macedonū p̄mia: quorū ut superuacuo & sordido abuteris sanguine: at tibi. xxx. milia mulorū captiuū aux uehūt: cū milites nihil domū prater gratūas cicatrices relaturi sunt. Quæ tamen oīa tolerare potuimus anteq̄ nos barbaris dederes: & nouo more uictores sub iugū mitteres. Persarū te uestis & disciplina delectat. Patrios mores exosus es. Persarū ergo non macedonū regē occidere uoluimus: & te transfugā belli iure persequimur. Tu macedonas uoluisti genua tibi ponere: uenerariq; te ut deū. Tu Philippū patrē auersaris: & si quis deorū ante iouē haberetur: fastidires etiā iouē. Miraris si liberi homines superbiā tuā ferre non possumus? Quid speramus ex te: quib; aut infontibus moriendū est: aut quod tristius morte est in seruitute uiuendū? Tu quidem si emendari potes: multum mihi debes. Ex me enim scire cœpisti: quod ingenui homines ferre non possunt. De cætero parce: quorum orbam senectutem suppliciis ne oneraueris. Nos iube duci: ut quod ex tua morte petieramus: consequamur ex nostra. Hæc Hermolaus: at rex quam falsa sint inquit quæ iste tradita a magistro suo dixit: patientia mea ostendet. Confessum enim ultimum facinus: tamen non solum ipsi audiretis: expressi non imprudens: cum permisissim huic laroui dicere uisurum eum rabie: qua compulsus est: ut me quem parentis loco colere deberet: uellet occidere. Nuper cū procacius se in ueneratione gessisse: more patrio & ab antiquissimis macedoniæ regibus usurpato eū castigare iussi. Hoc & oportere fieri: & ut a tutoribus pupilli: a maritis uxores: seruis quoq; huius pueros a tatis uerberare concedimus. Hæc est sauitia in ipsum mea: quā impia caede uoluit ulcisci. Nā in cæteros: qui mihi pmittunt uti ingenio meo: quam mitis sim: non ignoratis. Cōmemorare superuacū est. Hermolao parricidarū supplicia non probari: cū eadem ipse meruerit: minime Hercule admiror. Nam cū parmenionem & philotam laudat: suæ seruit causæ. Lyncestē uero Alexandrū bis insidiatū capiti meo a duobus indicibus liberaui. Rursus conuictū per bienniū tamen distuli: donec uos postularetis: ut tandem debito supplicio scelus lueret. Attalū anteq̄ rex essem: hostem meo capiti fuisse meministi. Clytus ut inā non coegisset me sibi irasci. Cuius temerariam linguam probra dicentem mihi & uobis diutius tuli: quam ille eadem me dicentem tulisset. Regū ducumq; clamentia non in ipsorum modo: sed etiam in illoꝝ qui parent ingenii sita est. Obsequio mitigantur imperia: ubi uero reuerentia excessit animis: & summa imis confundimus: uī opus ē ut uim repellamus. Sed quid ego miser istum crudelitatem mihi obiecisse: qui auaritia exprobare ausus sit? Nolo singulos uestrū excitare: ne inuisam liberalitatem meam faciam: si pudori uestro grauem fecero. Totum exercitū aspiciate: qui pauloant:

Alex. orō

nihil præter arma habebat: nunc argenteis cubat lectis. Mensas auro onerant: greges feruorum ducunt: spolia de hostibus sustinere non possunt. At enim persæ: quos uicimus: in magno honore sunt apud me quidē. Moderationis meæ certissimū indicium est: quod ne uictis quidem superbe impero. Veni enim in Asiā: non ut funditus euerterem gentes: nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerē: sed ut illos quoque quos bello subægissem: uictoriæ meæ non pœniteret. Itaque militans uobis cum pro imperio uestro sanguinem fundunt: qui superbe habitū rebellassent. Non est diuturna possessio: in quam gladio inducimur. Beneficiorum gratia sempiterna est. Si habere Asiā non transire uolumus cum his cōmunicanda est nostra clāmentia: horum fides stabile & æternum faciet imperium: & sane plus habemus: quam cupimus. Infariabilis autem auaritiæ est: adhuc implere uelle quod iam circumfluit. Verum tamen eorum in macedonas transeundo: in multis enim gentibus esse uideo: quæ non erubescamus imitari: nec aliter tantum imperium apte regi potest: quam ut quædam & tradamus illis: & ab iisdem discamus. Illud pœne dignū riuu fuit: quod Hermolaus postulabat a me ut auersarer Iouem: cuius oraculo agnoscor. An euam quid dii respondeant in mea potestate est? Obtulit nomen filii mihi: recipere ipsis rebus: quas agimus haud alienum fuit. Utinam Indi quoque deum esse me credant. Fama enim bella constant: & sæpe etiam: quod falso creditum est: ueri uicem obtinuit. An me luxuriæ indulgentem putatis arma uestra auro argentoque adornasse? assuetis nihil uilius hac uideri materia: uolui ostendere macedonas inuictos cæteris nec auro quidē uinci. Oculos ergo primum eorum sordida omnia & humilia spectantium copiam: & docebo nos non auri aut argenti cupidos: sed orbem terrarum subacturos uenisse. Quam gloriā tu parricida intercipere uoluisti & macedonas rege adempto deuictis gentibus dedere: at nunc mones me: ut uestris parentibus parcam? Non oportebat quidem uos scire: quid de his statuissem: quo tristiores periretis: si qua uobis parentum memoria & cura est. Sed olim istum morem occidendi cum scelestis infantes propinquos parentesque solui. Et profiteor in eodem honore futuros omnes eos: in quo fuerant. Nam tuum Calisthenem: cui uniuersis uideris: quia latro es: scio cur produci uelis: ut coram his probra: quæ modo in me iecisti: modo audisti: illius quoque ore referantur. Quæ si macedo esset tecum introduxissem: dignissimum te discipulo magistrum. Nunc Olintheo non idem iuris est. Post hæc consilium dimisit: tradiditque damnatos hominibus: qui ex eadem cohorte erant iussit. Illi ut fidem suam sæuitia regi approbarent: excruiatos necauerunt. Calisthenes quoque tortus interiit: inuiti consilii in caput regis innoxius: sed haud quamquam male assentantium accommodatus ingenio. Itaque nullius cedens maiorem apud græcos Alexandro excitauit inuidiam quam quod prædictum optimis moribus artibusque: a quo reuocatus ad uitam erat: cum interfecto Clyto mori perseveraret: non tantum occiderit: sed etiam torserit in dicta quidem causa. Quam crudelitatem sera pœnitentia consecuta est? Sed ne ocium serendis rumoribus natum aleret: in indiam mouit: semper bello quam post uictoriam clarior. India tota ferme spectat orientem: minus in latitudinem: quam recta regione spatiosa: quæ austrum accipiunt: in altius terræ fastigium excedunt: plana sunt cætera: multisque inclytis amnibus. Caucaaso monte ortis placidum per campos iter præbent. Indus gelidior est quam cæteri: a Gæges fl. quas uehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges omnium ab oriente fluuius eximius a meridiana regione decurrit: & magnorum montium iuga recto alueo stringit. In eum obiectæ rupes inclinant ad orientem. Uterque rubro mari ac

Beneficio
rum gra-
tia sempiterna est.

Coniura-
ti occidū-
tur.
Calisthe-
nes tortus
interiit.

Indiæ de-
scriptio.

Indus fl.
Gæges fl.

cipiuntur findēs ripas; multasq; arbores cū magna solī parte exorbet. Saxīs quoq; impe-
 ditus quibus crebro reuerberat. Vbi mollius solū reperit stagnat: insulasq; molitur.
 Aceslines eum auget; Ganges decursurum in mare intercipit. Magnocq; motu amnis
 uterq; collidit: quippe Ganges asperū os influēti obicit: nec repcussā aquā cedunt.
 Dyardenes minus celebrē auditu est: quia p̄ultima india currit. Cæterq; nō cocodril-
 los modo uti nilus: sed et delphines ignotasq; aliis gēibus bælluas alit. Ethimātis cre-
 bris flexibus subinde curuatus ab accolis rigantibus carpit. Ea causa ē: cur tenues re-
 liquas iam sine nomine in mare emittat. Multis præter hos amnibus tota regio di-
 uidit: sed ignobilibus: quia non adeo interfluūt. Cæterq; quæ propiora sunt mari: aq-
 loni maxime decurrūt. Is cohibitis iugis montiū ad interiora non penetrat: ita alēdis
 frugibus mitis. Sed adeo in illa plaga mūdus statutas tēporū uices mutat: ut cū alia
